

**Dissertatio academica de ancylosi, sive, Praeternaturali articulorum  
obrigescientia, singularibus observationibus et figuris illustrata ... / Publico  
submittit examini Jacobus Thiensius van de Wynpersse.**

**Contributors**

Wijnpersse, Jacobus Thiens van de, 1761-1788.

Doeveren, Gualtherus van, 1730-1783.

Rijksuniversiteit te Leiden.

**Publication/Creation**

Lugduni Batavorum : Typis Jacobi Meerburg, [1783]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/npgt22f8>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

X  
**DISSERTATIO ACADEMICA**

D E

**A N C Y L O S I,**

S I V E

PRAETER NATURALI ARTICULO-  
RUM OBRIGESCENTIA, SINGU-  
LARIBUS OBSERVATIONIBUS  
ET FIGURIS ILLUSTRATA;

Q U A M,

P R A E S I D E

V I R O C L A R I S S I M O,

**GUALTHERO VAN DOEVEREN,**

MED. DOCT. ET IN ACAD. LUGD. BAT. PROF. ORD.  
SERENISS. PRINCIPIS ARAUS. ET NASSAV.

ARCHIATRO PRIMARIO,  
COLLEG. CHIR. LEIDENS. PRAESIDE, CAET.

*Publico submittit examini*

**JACOBUS THIENSIUS VAN DE WYNPERSSE,**

G R O N I N G A N U S,

A U C T O R.

---

*Ad diem IX. Aprilis CCCCCCLXXXIII.*

In AUDITORIO MEDICO, *Hora Decima.*

---

L U G D U N I B A T A V O R U M,  
T Y P I S J A C O B I M E E R B U R G.

ЛЮБОВЬ СВЯТАЯ ОСНОВАЕТСЯ С

ДА

# СЛОВО ДѢЖУМЪ

ЗАЧИСТЬ

ОДНОСТИЯ ПАМЯТИ АИЯТЕЛЪЯ  
БОГА, АНДРЕЯ ЗЕРНОВЫХ МУЖ  
СУДНОГО ГЛАВЫ ОБЩЕСТВА  
ЗАЧАТЬ ТЕЛЪ СВЯТЫХ

МАК. В. 9.

ПРИДАТЬ

БОЖИЕ УГРАДЫ ОЖИДАТЬ

# КИЕВЛІОСИАТОЖНІДАУ

Світло місяця збільшено в більш  
зеленого золота, що віддає  
світло, як сонце, якою зорю  
засвітилося в небесах, якою зорю

засвітилося в небесах, якою зорю

засвітилося в небесах,

засвітилося в небесах,

засвітилося в небесах, якою зорю

*N O B I L I S S I M A E*  
*F A C U L T A T I*  
*M E D I C A E,*

*Q U A E   E S T   I N*  
*ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA,*  
*ALMAE STUDIORUM MEORUM ALTRICI,*

*S A C R U M.*

A SOCIETY OF MEDICAL  
LONDON

Digitized by the Internet Archive  
in 2019 with funding from  
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30792678>

DISSERTATIO ACADEMICA

D E

# ANCYLOSI,

S I V E

PRAETER NATURALI ARTICU-  
LORUM OBRIGESCENTIA.

---

## S E C T I O I.

BREVEM OSSIUM EORUNDEMQUE SYNTAXEOS  
EXHIBENS HISTORIAM.

### §. I.

**U**t quis ad morborum curam rite se accingat, prius affectae partiis calleat structuram, opörtet. Hinc, qui ossium morbos tractare, eorumque a naturali statu recessum corrigere cupit, perspectum prius habeat naturalem ossium statum, decet: jactis enim prius rite fundamentis, domus demum superstruenda venit; quale quid filium suum Theffalum monuit **HIPPOCRATES** (*a*). Ancyloseos itaque, frequentis adeo, nec non dirissimi morbi generis, descri-

ptio-

---

(*a*) *Op. Omn. Epist. S. VIII. pag. 1288. Edit. Foeſit.*

# D I T S S E R I T A T I O

ptionem traditurus, haud scopo excidere, haud inanem laborem facturus mihi videor, si brevem prius Syntaxis Ossium praemittam delineationem, eidem porro Akylofeos, caeterum haud ita facile intelligendae, historiam superstructurus.

## §. I I.

Ossium prolixam exhibere descriptionem, tum, quia plene & accurate adeo haec materies ab B. S. ALBINO aliisque hujus aevi Anatomicis est pertractata, ut obscurari quidem, non vero corrigi a me valeat, tum brevitatis gratia, non libet.

In numerum Ossium dum non reducendos censeo Dentes, quo melius horum ab ossibus differentia, praesenti instituto aptissima, patescat, sequentia memorare sufficerit.

Quum ossa partes sint Corporis Humani durae, stabiles, aliis partibus mollioribus undique tectae, per articulos magis minusve flexiles, totum corpus moventes, eique fundamentum praebentes, junctae capacities constituentes, nobilioresque partes continent, atque defendantes, e lamellis sibi invicem appositis conflantes, medullam continent, evidenter patet, non una de caussa dentes ab iis discrepare. Primo enim dentes non undique partibus mollioribus teguntur; 2º. inter se non junguntur, & per articulos flecti nequeunt; 3º. dum non inter se junguntur, nec proinde capacities constituant, nobiliores partes defendantes; 4º. fabricam habent ossibus longe solidiorem; 5º. denti elasto, vel extracto novus in juniore aetate succrescit, non item osse; 6º. dentis fracti partes nunquam iterum coalescunt, secus ac in ossibus sit; 7º. longe alium usum

ūsum habent, ac ossa; 8°. longe aliam habent fabricam, nec medullam continent; 9°. longe alia ratione cum ossibus junguntur, ac ossa inter se mutuo; 10° colorem habent longe albicantiorē & nitidiōrem, quam ossa; 11°. differunt ab ossibus origine & incrementi modo, quae de re conferatur ALBINUS (*b*); 12°. denique eo, quod, dum omnia corporis ossa prae morbo quandoque mollescant, dentes soliditatem & duritiem retineant (*c*). Nonnullas memoratarum differentiarum habet MARRHERR (*d*).

## §. III.

Ut suis muniis rite peragendis idonea forent ossa, sapiens naturae Auctor eadem ita inter se junxit, ut non tantum duo ossa in vicem proxima motum aliquem, majorem minoremve, inter se admittant; sed et cuncta totum corpus motibus, tam automaticis, quam voluntariis, exercendis idoneum reddant. Super hac Offium Syntaxi multa protulerunt Anatomici; quorum nonnulli divisionibus & subdivisionibus, magis subtilibus, quam utilibus, magnam pepererunt confusionem. Hujus evitandae caussa simplicissimam tradere mihi lubet Articulationis divisionem, ex ipsa natura profluentem. Omnis *Articulatio*, Graecis ἀρθρον, ita fit, ut inter conjuncta ossa motus supersit, sive manifestior & naturalis, seu

mi-

(*b*) *Annotat. Acad. Lib. II. Cap. 1, 2, 3. Tab. I, II.*

(*c*) Vid. LUDWIGII Progr. in HALLERI Collect. diff. ad morb. histol. vol. VI, pag. 331. 332. Cf. l'Hist. de la Femme SUPIOT p. M. MORAND, 4 Par. 1752, pag. 81.

(*d*) Praelect. in BOERN. Inst. Med. tom. I. pag. 188.

minus talis. Hinc jam duplex profluit articulationis species, quarum illa *Diarthrosis*, haec *Synarthrosis* dicitur.

## §. I V.

*Diarthrosis*, seu nexus ossium mobilior, subdividitur in *Planiformem* & *Orbicularem*. *Diarthrosis planiformis* est, cum superficies, quibus ossa se invicem tangunt, sunt planiusculae, cuius rei exemplum praebent processum articularium vertebrarum, os carpi & metacarpi, nexus. *Diarthrosis orbicularis* locum habet, ubi ossa, quae inter se necuntur, habent superficiem orbicularem & excavatam, & ita copulantur, ut unius convexa superficies concava alterius contineatur; unde fit, ut vel caput orbiculare moveatur in sinu, uti in articulatione humeri cum scapula fit; vel ut sinus moveatur super caput, ut in prima phalange digitorum manus pedisque cum ossibus metacarpi & metatarsi observare licet; vel denique ut utrumque fiat, quod femoris cum coxa articulatio docet. *Diarthrosis orbicularis* porro dividitur in

α. *Enarthrosin*: ita dicitur Diarthroseos orbicularis species, in qua unius ossis caput globosum, maximum, in sinu alterius profundo reconditur; cuius exemplum unicum in sceleto occurrit, nempe femoris cum osse innominato syntaxis; in recenti cadavere autem idem demonstrat scapulae cum osse humeri, ossis navicularis tarsi cum talo, & ossis capitati cum naviculari & lunato, nexus.

β. *Arthrodiam*: haec locum habet, quoties caput unius ossis minus globosum a cavitate alterius minus profunda recipitur. Huc referri potest ossis humeri cum scapula in sceleto sicco mundato,

radii cum osse humeri, radii & ulnae cum ossibus carpi, cruris cum tarso, ossis navicularis cum talo, navicularis & lunati cum capitato, depurato in sceleto, & maxillae inferioris cum osse temporum, nexus. Addi potest patellae cum femore & crure, mallei cum incude, ossiculi subrotundi cum stapede, articulatio.

**γ.** *Ginglymum*, sive *Cardiniforme*: quae dicitur, quia ossa nexa se invicem quasi ingrediuntur, ita ut unius eminentia alterius sinu recipiatur, & vicissim. Hujus exempla nobis fistunt nexus femoris cum tibia, ossis humeri cum ulna, hujus cum radio, tali cum tibia, ossa secundi & tertii ordinis digitorum manuum & pedum. Hoc articulationis genus, nimium forsitan subtiliter, dividere amant nonnulli in *ginglymum angulare* & *laterale*; hunc iterum in *simplicem* & *duplicem*, uti videre est apud WINSLOWIUM (e).

Sunt hae Diarthroeos, quae vulgo memorantur, species. Alii novam prorsus afferunt, quam vocant τὸ ἄρθρον Τροχοειδές, sive *articulum orbicularem*, *rotiformem*. Pari jure ἀστροειδές, *articulus dentiformis*, dici posset, qui sit, ubi processus epistrophaei dentiformis ad sinum in atlante movetur, & rotatur. Hanc autem speciem WINSLOWIUS l. c. ad ginglymum laterale simplicem refert; eam autem, ne vana nominum serie obruamur, ad arthrodiam referre malui. De hoc interim articulo cf. RIGLANUS (f).

De diarthrofi porro notandum, quod in enarthrofi ossa quaqua-

vor-

(e) *Exposition Anatomique du C. H.* tom. I. § 134, 136.

(f) In *Galenum de Ossibus*, Cap. VI. in Oper. pag. 454.

vorsum moveri evaleant, ut & in arthrodes; in ginglymo autem non nisi extensio & flexio peragatur. Congruē porro diarthrosis dividitur in *strictam*, quae in diarthroſi planiformi obtinet; & in *laxam*, qualis est orbicularis.

§. V.

*Synarthrosis*, qua ita necuntur ossa, ut nullus naturaliter motus supersit, dividitur in

*a. Suturam*: quae dicitur talis ossium nexus, quo duo, vel plura ossa inter se per ferratos quasi & dentatos margines ita junguntur, ut alterius dens in alterius excisionem penetret, & externe futurae species producatur. Ita copulantur ossa verticis per suturam sagittalem, eadem cum osse frontis per coronalem, cum osse occipitis per suturam lambdoideam; immo vero aliquando os frontis longitudinaliter, occipitis transversaliter tali sutura dividuntur. De officulis majoribus minoribusve has inter futuras saepe obviis hic non loquor.

*b. Harmoniam*: ita dicitur, ubi ossa intrinsecus quidem per eminentias leviusculas necuntur, ita tamen, ut externe linea tantum conspiciatur. Hoc modo ossa nasi inter se cum fronte & maxilla superiore, haec cum fronte & jugalibus, haec cum processibus ossium temporum zygomaticis, ossa temporum cum ossibus verticis, occipitis, frontis, multiformi, hoc denique cum variis officibus, necuntur.

*y. Gomphosin*: obtinet haec, ubi unum os alterius cavitati, cunei instar, vel clavi, infigitur. Ita processus innominatus officis

pterygoidei cum vomere, processus pterygoidei ossis palati cum cognominibus multiformis, laminae nasales ossium palatinorum cum fissuris profundis in facie nasalí ossium maxillarum, necuntur: forte & huc (licet dentes ossa non sint) dentium cum alveolis nexum referre licet. Hanc ad speciem, ut ex exemplis allatis patet, ita dictam quoque *Schindylarin* referto; quod nomen a KEYLIO (g) proiectum videtur: quae cur pro singulari specie afferatur, non video.

§. *Chondrarthrosin*: quae fieri dicitur, quoties ossium articulatum superficies cartilagine aspera obductae sunt, & ope cartilaginis intermediae junguntur; quale quid in nexu ossium pubis mutuo, ossis sacri cum innominatis, partium sterni inter se, corporum vertebrarum, costarum cum sterno, fieri deprehendimus. Hujus et varia exempla in infantum ossibus occurunt.

### §. V I.

Tertiam porro *WINSLOWIUS* (b) immerito afferit speciem, quam *Amphiarthrosin* vocat, quae ratione mobilitatis ad diarthrosin, ratione nexus ad synarthrosin pertinet; huc e. g. refert primae costae cum sterno, corporum vertebrarum inter se, nexum; aliosque. Hoc autem syntaxeos genus, ne nomina confusione pariant, ad alias species reduxi.

### §. VII.

(g) Vid. *Anatomy*. Cap. V. Sect. 3, pag. 237.

(b) l. c. §. 146.

## §. VII.

Dum jam prolixè satis de Ossium Syntaxi egi, considerare jam lubet, quomodo ossa juncta in nexu retineantur per *Sympyssin*, quae vario modo sit. Ne de ipso vocabulo agam, id solum monendum, dividi symphysin in *immediatam* & *mediatam*. *Sympysis immediata*, ubi ossa nullo accedente medio retinentur, locum habere dicitur in gomphosi, sutura & harmonia: quamvis stricte vix assimi hic posse videatur, quum substantia quaedam membranacea intermedia sit, & nexus firmitatem faciat majorem, quam quae illa absente datur. *Mediata* varia est, pro vario medio retinente, quod est *cartilago*, vel *ligamentum*, vel *caro*, vel *tendo*, vel *membrana*. *Sympysis* ope *cartilaginis* facta dicitur *Synchondrosis*: hujus exempla memoravi ad Chondarthrosin.

*Sympysis per ligamentum* dicunt *Syndesmosin*, vel *Synneurosin*, cuius exempla in omni Diarthroſi obvia: de hac mox plura.

*Sympysis musculosa*, Graecis ευσάρκωσις, dicitur, ubi musculi ossa ad se invicem retinent & colligant. Ita os hyoïdes, scapulae, humeri, caetera ossa plurima, per musculos retinentur. Quamquam enim musculi proprie motui destinati sint, non omnis tamen illis articulos coërcendi facultas neganda videtur, quod vel musculus Deltoides manifesto docet exemplo.

*Sympysis tendinea* fit, ubi ossa vicina tendinis ope coërcentur. Hac ratione v. g. femur cum tibia per varios muscularum femoraliū tendines retinetur.

*Sympysis membranosa*, si vel *Sympysis immediatam* huc non

revocandam putem; manifeste tamen ossa cranii in situ retinet, in primis in foetu & junioribus infantibus.

### §. VIII.

Pauca jam de *Ligamentis* dicam. Ligamenta, Veteribus *συνδετρούσι*, nec raro *τὰ νεῦρα, nervi* (*i*), variae pro variis articulis formae, sunt membranae fibrosae, tenacissimae, elasticae, tamen flexiles satis, suum articulo motum, Enarthroſi quidem & Arthrodiæ in quamcunque partem, Ginglymo autem solum extensorium & flexorium, concidentes, nimium prohibentes, & luxationem avertentes; de quibus sequentia notanda veniunt.

I<sup>o</sup>. Quod ossa ita ligent, ut vel liberrimus eorum sit motus: quod e. g. in articulo humeri, femoris, pedum, manuum sit; vel obscurus tantum supermaneat, uti in carpo, tarso, &c.

II<sup>o</sup>. Quod haec ligamenta, licet saepius articulis externe circumponantur, in nonnullis tamen interne lateant, ut in nexu femoris cum coxa, tibiae cum femore, &c. patet.

III<sup>o</sup>. Ad ligamenta etiam referto ita dictas *Capsulas*, Gallis *les ligamens capsulaires*, PLATNERO *manticulas* (*k*), quae reliquis ligamentis, ad quemdam articulum pertinentibus, circumjiciuntur, vel, his deficientibus, ut in articulo humeri cum scapula, ossa immediate in nexu retinent. Hae ejusdem cum cæteris ligamentis sunt naturae, totum articulum circumdantes. Harumque usus est primo idem, qui reliquorum ligamentorum, nempe ossa retinere &

con-

---

(*i*) Vid. HIPPOCRATIS *de Arte*, lib. in Oper. S. I. p. 6. reg. 33. conf. FOESII *OEconom.* p. 258, 9. & GOREAEI *Defin.* tit. *νεῦρα*.

(*k*) *Inst. Chirurg. Rat.* §. 1096.

## TO D I S S E R T A T I O

contra luxationes defendere; deinde axungiam, de qua agam § sequenti, continere, & sic articulorum mobilitatem admodum adjuvare.

Elegans & brevis est GORRAEI (*l*) definitio usus harum partium.

„ *Tres sunt ligamentorum usus praecipui, ligandi, muniendi atque vestiendi.*

### §. I X.

His in Capsulis, ut verbo dixi, continetur *Humor articularis*, qui et Linimentum, vel Smegma articulare, vel et Axungia & Synovia dicitur, quique secernitur e glandulis mucilaginosis, a COWPERO, qui easdem quam studiosissime descripsit, denominatis, &, quia in articuli cavo latent, *articularibus* dictis. Haec axungia constat parte aquea, salina, & gummosa vel terrea tali, ut rugositatibus, vel inaequalitatibus, & extremitatibus hamosis careat, & quodammodo mucilaginosa sit; saporis est falsi; albumini ovorum similis, nec tamen igne cogitur, sed maximam partem evaporatur, relicta tenui quadam membranula; acido vitriolico & sulphuris, item aceto destillato coagulatur sine effervescentia; per spiritum salis ammoniaci & oleum tartari attenuatur; per spiritum vini turbatur & quodammodo coagulatur. Hujus axungiae usus est ossa, ligamenta, capsulasque lubricare, promptitudinem ad motum adjuvare, articulosque contra attritum defendere; adeoque linimenti vice fungitur. Hoc linimentum ab HAVERSIO (*m*), accuratissime est investigatum & descriptum, unde *Haversianum* vulgo audit; licet HIPPOCRATI quodammodo jam innotuisse videatur, qui *mucum*

voca-

(*l*) *Defin. tit. συνδεσμός pag. 441.*

(*m*) *Vid. Observat. de Offib. Serm. IV. Cap. I, 2, 3.*

vocavit (*n*). De hac caeterum axungia confer *Comment. Bonon.*  
*Instit.* (*o*), nec non *DU VERNEY* (*p*).

## §. X.

Insuper, eundem in finem, ut antea jam patuit, ossium mobilium extrema Cartilagine tenui, laevi, aequabili, utrumque simpliciter incrustata sunt (*p*), vel in nonnullis locis inter duo ossa cartilagine obducta communis quedam alia interjecta est, in primis in talibus, ubi attritus in motu validus datur: qualis in articulatione maxillae inferioris utraque cum crano reperitur, *meniscoides* dicta, qualis in nexu claviculae cum sterno, quales et femur inter & tibiam *lunatae* dictae, reperiuntur. Ossa illa, quae articulis magis minusve immobilibus inter se nexa sunt, intermediis cartilaginibus communibus conjungi; v. g. Ossa pubis, sacrum & os ilium, vertebrae, sternum, jam antea visum est.

## §. X I.

Haec jam de Ossibus eorundemque Nexus dicta suffecerint. Non enim mihi animus est prolixam Osteologiae, Syndesmologiaeque exhibere descriptionem; ast pauca solum praefenti scopo inservientia in usus meos adducere, quibus, tamquam fundamentis, deinde proponenda innitantur. Caetera ex ALBINO, WYTRECHTIO, WINSLOWIO, HAVERSIO, PLATNERO, aliisque cognita supponere debeo.

S E-

(*n*) Vid. *de Locis in homine*, *Sect. IV.* pag. 411.

(*o*) Vid. *Tom. I.* pag. 148.

(*p*) *Malad. des Os*, *Tom. II.* pag. 351. *seqq.* *Edit. Belg.* pag. 297. *seqq.*

## S E C T I O I I.

*DE ANCYLOSI, SEU PRAETERNATURALI ARTICULORUM OBRIGESCENTIA, IN GENERE AGENS.*

## §. X I I.

**P**erspecto itaque fano articulorum statu, ad ipsam nunc *Ancylosin* me conferam: in qua pertractanda septem mihi Capita constitueram, ad quae ea, quae praeternaturalem Offium coalitionem spectant, essent reducenda. Agam autem in Prima hac Speciminis mei parte I<sup>o</sup>. nonnulla de Ancyloseos nomine, definitione & natura; II<sup>o</sup>. de Ancyloseos sede: in altera forsan, alia occasione, III<sup>o</sup>. de ejus causis; IV<sup>o</sup>. de illius symptomatibus; V<sup>o</sup>. de Ancyloseos diagnosi; VI<sup>o</sup>. de Ancyloseos prognosi; VII<sup>o</sup>. tandem de ipsius cura tractaturus.

---

## C A P U T I.

*DE ANCYLOSEOS NOMINE, DEFINITIONE, ET NATURA.*

**G**raeca vox Ἀγκύλη, ut et Ἀγκύλωσις, derivatur ab ἀγκύλος, quod proprie *curvi* quid denotat; unde ἀγκυλωσιν incurvandi sensu venit, & proinde Ἀγκύλωσις *ineurvationem* proprie notat in genere quamlibet. A generali autem illa significatione ad Medicinam

trans-

translata, & de ossibus usurpata, olim quidem *osfa incurvata* designabat: postea vero hoc vocabulum de *ossum inter se angulum formantium mutua concretione* fuit adhibitum; dum, ubi *osfa* coatta rectam formabant lineam, ὅρθοκωλον, τὸ κῶλον ὅρθρον, *rectus articulus*, dicebatur (q). Usu autem, ut sit, postea invaluit, ut idem illud vocabulum de omni *ossum coalitu* sumeretur, & hodie de omni *Articuli Rigiditate* vulgo apud **Medicos & Chirurgos** usurpetur.

### §. X I V.

Hanc Ancylosin varii vario definiunt modo: vid. **AETIUS** (r), **PAULUS AEGINETA** (s), **FOESIUS** (t), **MULLERUS** (u), **PETIT** (v), **PLATNERUS** (w), ne plures memorem Auctores. Harum vero definitionum nonnullae, uti v. g. **P. AEGINETA**, non sufficere videntur.

Auctori definitionum Medicarum, (a **Foësio** citato ad titulum nostrum,) Ancyle audit „*Affectus cervicis & articulorum, tendines occupans & functionem impediens.*“ Quae tamen definitio fatis verbosa ac obscura est, & proinde melius negligitur. Cur enim *cervicem* addat, & quid per *tendines* intelligat, non omni plane dubio caret.

### C E L -

(q) Vid. **GALENUS** in *Comment. in HIPPOCR. Lib. III. de Artic.* text. 96.

(r) *Lib. XII. Cap. 42.*

(s) *Lib. IV. Cap. 55.*

(t) In *Oecon. Hippocrat.* pag. 1.

(u) In *dissert. de Aucyloſi* pag. 7. quae exſtat in **HALLERI Diff. Chirurg.** Tom. IV. pag. 154.

(v) *Traité des Maladies des Os*, Tom. I. Cap. 15. pag. 285.

(w) In *Inst. Chirurg. Rat.* §. 1214.

CELSUS (*x*) dicit „*recenti cicatrice contractos articulos ex humoribus infarctis & tensione quadam nervea αγνύλας* vocari. Quae tamen definitio mihi minus arridet, quia verbosior est, praetereaque per eam vera akylosis, ossum puta coalitus, non denotatur.

SWIETENIUS (*y*) *Akylosin* vocat „*articuli immobilitatem cum tumore duriori.* Quae definitio nimis stricta est, & hinc non quadrare videtur; secundum eam etenim aliae immobilitates, quas tumor vel nullus, vel mollior comitatur, akylosium numero excipiendae, & paucae tantum species huc referenda essent. Ipse praeterea SWIETENIUS sibi haud ita multum antea obloqui videtur, dicens, „*Ablatam ergo articulorum flexibilitatem akylosis significat,* „*quam saepe (adeoque non semper) tumor praeternaturalis* „*comitatur* (*z*): & priori loco affert exemplum akyloseos mrasmo enatae, a se observatae, in qua tumor aberat.

Vocem *αγνύλωσις* latissimo quidem sensu ego in hac Dissertatione sumam, & mihi ea, cum nostrae Academiae nuper defuncto decore, magno scil. GAUBIO, (*a*) dicetur „*omnis articulorum obrigescentia, motum ossium impediens.*

### §. X V.

Quum itaque Akylosis vel in partibus molibus rigescitibus, vel in ipsis ossibus coadunatis consistat, sponte hinc profluit Akylose.

(*x*) *Lib. V. Cap. 18. N. 28. pag. 257.*

(*y*) In *Comm. ad. Aph. BoERNI. §. 556. Tom. I. pag. 949.*

(*z*) Vid. *Tom. I. pag. 637.*

(*a*) *Inst. Pathol. Med. §. 222.*

looseos in *veram & spuriam* divisio. *Vera* locum habet, ubi articuli ob mutuum ossium coalitum immobiles sunt. *Spuria* dicitur, ubi articuli inter se nEXi alia quadam de caussa, non coalitis ossibus, motum amiserunt (*b*).

### §. X V I.

Jam videndum foret, quaenam tam dirae articulorum affectionis sint caussae, & quomodo ad istam generandam plurimae saepe concurrent, quae tum ipsa ossa, tum ligamenta capsulasque, cartilagineas, axungiam, aliasque partes articulo vicinas afficiant; nisi prius a ncyloseos Sedi, ad quam mox accedo, paullo diutius immorari constituisssem.

## C A P U T I I.

D E A N C Y L O S E O S S E D E.

### §. X V I I.

**D**um spuria Ancylosis quotidie in N. C. articulis, in uno frequentius, rarius in alio occurrit; ejus exempla passim obvia membra opus forsan inutile & infinitum foret. Hinc de sola vera Ancylosi hoc Capite agere necesse videtur. Quo in themate hunc mihi proposui ordinem, ut, a Capite exorsus, ad reliquas deinde Sceleti partes progressurus sim.

### §. XVIII.

(*b*) Vid. PETIT *Traité des Maladies des Os*, Tom. I. Cap. 15. pag. 286. & Comm. Lips. de rebus in Medic. & Scientia nat. gestis, vol. XV. pag. 229. coll. Vol. XIII. pag. 147.

## §. X V I I I.

In Capite luc quidem pertinere primo videtur *Suturarum & Harmoniarum obliteratio*, quae in senili aetate non infrequens, cuius plurima exempla attulit aestumatissimus Praeceptor clar. E.D. SANDIFORT (c). Quum vero haec ossa, in adulta saltem aetate, nullum absolutum per se peragant motum, hanc obliterationem ancylosin vocare non ausim; tanto magis, quia in juniore aetate quandoque talia visa sint exempla (d), qualia in propria quoque ossium morbosorum Collectione possideo. Nec, priorem ob caussam, si revera detur, (qua de re, propter diversam dentium ab ossibus indolem & usum diversum, vel maxime dubito), Dentium cum suis alveolis, quam adducunt nonnulli, concretionem luc referendam censeo.

## §. X I X.

Consideranda itaque omnium prima veniunt *Auditus officula*; quale tamen exemplum mihi nondum occurrit: ex eo autem, quod rarius in Collectionibus appareant, falsa mihi videretur conclusio, hanc Ankyloseos speciem plane excludendam esse; siquidem illa in ossibus petrosis recondita omnem plerumque conspectum fugiant. Huic ancylosi favere videtur analogia: quum enim eodem modo, ac alia quae-dam ossa, articulentur, quum et aliis ossium morbis plane iisdem

pa-

(c) In *Observationibus Anat. Path.* Lib. III. Cap. 8. & Lib. IV. pag. 133. & seq.

(d) Vid. celeb. P R A E S I D I S S i ec. Ols. Acad. Cap. XIII. §. 5. N. 3.

pateant; quidni et concretione immobilia & inutilia possent reddi, non video. Hac in opinione me confirmat GAUBIUS, adducens *ancylosin* eorumdem officulorum inter laesi auditus causas (e).

## §. X X.

Manifestior multo &, rara licet, nonnullis tamen exemplis confirmata est *Cranii cum Maxilla inferiore ancylosis*, cuius, in gigantis crano observatae, mentionem jam fecit COLUMBUS (f). Memoravit et hujus exemplum EUSTACHIUS (g). Loquuntur de simili doct. CONNOR (h), & PALFYN (i). Observavit eandem concretionem RONDELETIUS (k). Hujus quoque specimen possidet & descripsit clar. SANDIFORT (l): possidet etiam, ut mihi relatum est, hujus exemplum clar. CAMPER, in eximio suo ossium morbo-  
forum Thesauro.

Singularis etiam est observatio de maxillae inferioris in uno latere cum crano concretione, ubi maxilla ab altero latere erat laesa; probabiliter ab extractis, assumendi cibi gratia, dentibus: hanc suo suppeditavit ex itinere celebris COOKIUS. (m).

## §. XXI.

(e) Vid. *Inst. Pathol. Med.* §. 704.

(f) In *Lib. de re Anatom.* XV. pag. m. 484.

(g) In *Lib. de Dentib.* Cap. XXVIII. pag. 90. Ed. Leid.

(h) Vid. *Tr. de stupendo Ossium coailitu,* Oxoniae 1695. pag. 7.

(i) *Beschryving der Beenderen* pag. 211.

(k) Vid. SCHENKII *Osf. Med. Lib.* 1. *de maxill.* *Osf.* 2. p. 196. *Ed. in fol.*

(l) L. c. *Lib.* 1. *Cap.* 7. *conf. Tab.* VI.

(m) Vid. HAWKESWORTH, *Relation des voyages de Cook &c.* *Tom.* II. pag. 225. *conf. Comm. de Rebus &c.* *vol.* XX pag. 465.

## §. X X I.

*Caput inter & Atlantem*, licet jam olim a COLUMBO observata, & l. c. memorata, ancylosis pro rarissima multis, ut et mihi, habita est: quam tamen opinionem mutavi, quoniam ultimi triennii spatio varia vidi, imo nonnulla possedi specimina, jam breviter memoranda.

Primum mihi exhibuit commilito olim conjunctissimus, jam Amstelodami praxin agens, doct. A. VAN MOERBEEK, in quo atlas cum uno occipitis condylo coaluerat. Alterum, quod jam in collectione sua eximia asservat doct. A. LEDEBOER, Poliater inter Leidenses experientissimus, quem mihi faventem veneror amicum, erat in cranio edentuli, cuius sinister ossis occipitis condylus cum atlante concreverat. Simile nunc possidet clar. Praeceptor SANDIFORT; ut et quartum, in quo atlas totus fere cum occipite junioris (ut omnes adhuc praesentes dentium alveoli, & sutura frontem dividens, docent,) miro modo ita coaluit, ut festinanti oculo vix pateat, & congenitam labem ferme putares. Quintum jam servat vir amicissimus doct. J. BLEULAND, Poliater Goudanus, in quo os occipitis introrsum in cranium fere ad sesquipollicis altitudinem immersum est, quae fovea atlantem, cum occipite concretum, recipit. Sextum, pariter egregium, asservat amicus nobil. A. J. VAN DOEVEREN, Gualtheri filius, hac in Academia Medicinae incumbens, in quo atlas non tantum cum reciprocis condylis occipitis coaluit; sed et per exostosin, e sinistra ossis occipitis parte enascentem, prope os mammillare, ibique latior-

rem, deinde sensim attenuatam, & ad processum atlantis sinistrum tendentem, eumque cum capite ita connectentem, firmius concrevit. Hoc mihi specimen describendum atque delineandum rogavi, cui petitioni nobilissimus possessor perhumaniter satisfecit; quapropter ejus iconem hic addendum curavi (*n*). Os occipitis etiam cum atlante coalitum in Museo HOVIANO mihi clar. BONN exhibuit. Aliud simile possedisse clar. SNIP, videre est in catalogo ejus Musei Aº. 1771. publice distracti p. 26. N°. 28.

### §. XXXI.

Minus certe frequenter occurrit *Cranii cum duabus Vertebris coallitus*, cujus tamen existentiae pariter favent observationes. Hujus ita exemplum exstat in elegantissimo Rerum naturalium Regis Galliae Museo (*o*), in quo Epistrophes, luxationem passae, dens vix trium linearum spatio ab Atlantis arcu distat. Possidet et hujus specimen doct. BLEULAND.

Eximia abhinc brevi tempore forte fortuna mihi sese obtulit, jamjam describenda, cujusque iconem adjunxi (*p*), talis ancylosis. Hoc in exemplari firmiter cum cranio, ad utrumque ossis occipitis, sinistrum in primis, condylum coaluit Atlas, & cum horce Epistrophe. Haec vertebra suis tuberculis suoque dente e reciprocis atlantis finibus, ad latus praecipue sinistrum, adeo reces sit, ut hoc in latere totus, facta degeneratione, atlas excre scens,

(*n*) Vid. Tab. I. Fig. I.

(*o*) Vid. l'*Histoire Natur. avec la description du Cabinet du Roy, par M. M. DE BUFFON & DAUBENTON, Tom. III. pag. 41. N°. 200.* Edit. in 4te.

(*p*) Tab. I. Fig. II. & III.

scens, cum epistrophe in unam coalitus massam, conspiciatur. Dentis insuper epistrophes articularis superficies leviter convexa, excrescens, reciproco atlantis sinui respondet, & cum eo concrevit, licet rimam (qua de caufsa, latet) contraxerit; latus autem dentis dextrum occipitis condylo dextro adjacet. In hoc autem specimine, sapienti mirandoque Naturae auxiliatricis consilio & opera, ulterioris recessus luxationis harum vertebrarum praeverente cauffam, parti dextrae occipitis, spinae epistrophes repondenti, sinus quasi novus articularis laevisque est impressus; ita ut egregie hic sustentet vertebrae secundae processum spinosum, eo cum admirabili effectu, ut incipientem jam & ulterius augendam canalis medullae spinali recondendae dicati coarctationem, & inde, ex collisa illa medulla & compressis nervis alioqui necessario orituram, paralysin totius corporis praecaverit. Ita denuo Natura in hoc singulari admodum exemplo, uti illa toties affolet, mortis tela obtudit: dum certe homo, qui huncce morbum vivens fuit passus, uti ex firma apparente ancylosi, nec non impressa memorata occipiti fovea, abunde liquet, per aliquod temporis spatium post factam luxationem supervixisse debuit.

Ab hac itaque luxatione summarum vertebrarum, licet a priori id concludendum videretur, certum non est, per enatam a medullae compressione paralysin indubitate imminere fatum; quemadmodum ex memoratis casibus, ut et ex eo, quem SWIETENIUS<sup>(q)</sup> memoravit, satis demonstratur facile. Cauffa in eo esse praeципue videtur, quod primae cervicis vertebrae caeteris longe ampliorem

arcum

---

(q) in Comm. Tom. I. pag. 253.

arcum majusque foramen habeant, adeoque liberiorem medullae concedant sedem; uti et nervorum viae in hisce deprehenduntur ampliores, quam in reliquis.

*Occiput rarius cum pluribus Vertebris concrescit.* In catalogo tamen Collectionis clarissimi olim Amstelodamensi Anat. & Chir. Professoris F. SNIP supra jam memorato, capitis cum sex vertebris coaliti mentionem pag. 28. №. 83. factam invenio. Quod specimen ei a doct. LEDEBOER commodatum dein ad suum possessorem rediit.

Ossis occipitis cum magna spinae parte, & hujus cum costis, in rhachitico concretionem observavit J. S. ALBRECHT (r).

### §. XXXII.

Insolita magis est *solius Atlantis cum Epistrophe concretio*, quam tamen vidit RIOLANUS, monente J. PALKYN (s). Hujus exemplum contemplari mihi licuit, eximum sane, in quo per calum, a fracto ad partem dextram & anteriorem atlante concrevit epistrophe, tum ope processuum transversorum adscendentium & descendenter ac epistrophes dentis, tum ope corporum ipsorum: hoc assertat, & mihi, pro solita erga me benevolentia, describendi & delineandi (t) copiam fecit clar. G. VAN DOEVEREN, Praeceptor aestumatissimus. Hoc in specimine id quoque valde notandum, quod ante dextrum processum atlantis transversum con-

spi-

(r) Conf. Acta Phys. Med. vol. VIII. pag. 452. seqq. Tab. IX. fig. 3.

(s) Beschryving der Beenderen pag. 315.

(t) Vid. Tab. I. Fig. IV.

spiciatur magna satis eminentia, quae primo intuitu callus esse videtur, diligentiori autem examine appareat revera esse globus plumbeus, in hoc osse, quasi thecae callosa materia formatae, firmiter & pulcre inclusus, qui quidem, directo itinere, olim injectus sclopeto videtur fuisse. Supervixit aeger quoque sine dubio, qui illum recepit, uti docet calli firmitas, & ancylosis inde nata, variis locis has vertebrae coadunans.

E quo specimine patet, ubi similis eo in loco, quod tamen rarum, occurrit fractura, hanc ancylosin tantum non semper debere occurrere; eumque sane, qui calli eo in loco luxuriem ossiumque coalitum impediret, magnum in arte fore Apollinem. Mirum quoque est, in tali casu, oborta paralyssi, non mox instare fatum, dum vix & ne vix quidem nobilissimae, & ad vitam summopere requisiatae, partes a laesioribus possunt manere liberae.

#### §. X X I V.

*Vertebrarum aliquot cervicis caeterarum*, licet non frequentem, haud tamen inter rarissimas vidi recensendam ancylosin, ex quo morborum Ossium diligentiorem inquisitionem feci; imo hujus degenerationis nonnulla, ordine sibi succedentium, observavi exempla. Affervat quoque in suo Museo Anatomico horum egregia specimina aestuimatissimus P R A E S E S, memoratque simile R U Y - S C H I U S (u).

#### §. X X V.

(u) In *Observ. Anat. Obs. 8. Tom. I. pag. 17.*

## §. X X V.

*Lumborum autem, quales jam memoravit diligentissimus olim ille Amstelodamensis **Anatomieus F. Ruy Schius l. c.**, & **Dorsi Vertebrarum**, quarum et ipse varias asservo, ancyloses toties vidi, ut omnem ferme superent numerum: quas singulas enarrare si vellem, verbosa serie benevoli Lectoris attentionem nimis detinerem, vixque mihi sufficeret volumen. Quaedam tantummodo insigniora specimina, ab Auctoriibus exposita, huc adduxisse sufficiat. **Bonetus** (*v*) historiam tradidit Militis, qui cum aliis pugnans nunquam corpus inflectebat, sed semper erectus gladium vibrabat; in cuius cadavere vertebrae lumbares, linea quidem distinctas, omnino tamen nativa symphysi coalitas deprehendit experitissimus Chirurgus **L. Baily**. In sene paene centenario novem postremae dorsi vertebrae coalitae memorantur, ex **J. B. du Hamel** (*w*). De ancylosi autem vertebrarum conferri omnino itidem meretur **Ruy Schius** (*x*). De vertebris etiam a gibbositate connexis vid. doct. à **Roy**, Medicus nunc Amstelodamensis egregius (*y*). De vertebris dorsi coalitis, & in circulum recurvatis, conferri meretur **Ruy Schius** (*z*). Unam quoque prae-*

cae-

(*v*) In *Sepulchr. Anatom. Lib. IV. Sect. 6. Obs. 4.* pag. 429.(*w*) In *Act. Erud. Lips. anno 1703.* pag. 259.(*x*) In *Thes. Anat. VI. N. 12. art. 2.*(*y*) In *Diff. de Scoliosi L. B. 1774.* pag. 73. seq. conf. **G. Coopmans** in *Dissert. de Cyphosi, Fran. 1770 ed.* pag. 7. seq.(*z*) In *Obs. Anat. Chirurg. Obs. 67. Tom. I.* pag. 87. Fig. 54, 55. Cf. *Casal. Rer. Tom. I.* pag. 172.

caeteris, quas possideo, eximiam hic memorare licet ancylosin ta-  
lem, mihi a doct. LEDEBOER donatam: constat ea quatuor dorsi  
vertebris sinistrum latus versus incurvatis, ibique per processus ar-  
ticulares, pro parte etiam per spinosos, & in dextro latere eodem  
pariter modo, licet debilius, coadunatis. Corpora a dextro late-  
re hiant, in sinistro coaluerunt. Inferior tantum vertebra libera  
est & mobilis, a reliquis tamen separari nequit, ob processum ad-  
scendentem sinistrum, descendenti superioris vertebræ ab exteriore  
parte firmiter circumdatum. Insuper vertebrae supremæ proces-  
sus adscendens dexter & inferioris sinister, ut in his casibus fit,  
in majorem latitudinem expanduntur.

Ut autem pateat, in cyphosi saepe cartilaginem corporibus ver-  
tebrarum intermedium aboleri, eaque tunc coalescere in unum quasi  
& continuum os, aliud hic memorandum censui, & delineandum  
exhibui (*a*) specimen. Constituunt hoc duae vertebrae dorsales,  
itidem per processus suos articulares & spinosos concretae; sed et,  
quod singulare, corpora earum ita coaluerunt, ut a posteriore  
parte satis crassa, antrorum sensim instar cunei imminuantur, ita  
ut ad anteriorem partem vix dimidium crassitie solitae habeant.  
Ad latera autem corpus ita inaequale est, ut carie affectum fuisse  
videatur. Horum plura qui cupit, adeat P. POTTII (*b*) nuper  
editum pulcherrimisque figuris ornatum opusculum, in quo confir-

mat

(*a*) Tab. II. Fig. XV, XVI.

(*b*) *Remarks on the useles state of the lower Limbs, in consequence of a cur-  
vature of the Spine, Lond. 1782 8vo. Tab. I. quae cum quodam ex mea Col-  
lectione exemplo egregie convenit.*

mat suas de impotentia artuum inferiorum ex curva spina enata, per fonticulorum applicationem, obseruationes paucos ante annos promulgatas (c).

Notandum autem, raro, si unquam, perfecte ossificari cartilaginem corporibus vertebrarum interjectam. Nonnullis in speciminiibus, in quibus id factum ab extiore superficie colligebam, consilio clarissimi BONN, Anat. & Chirurg. Prof. Amstelaedamensis, ferrae ope divisis, contrarium vidi. Hoc ut patescat, sequens exemplum afferam. Constat hoc e duabus dorsi vertebris per processus spinosos & articulares unitis: corpora ab extiore parte per dictae cartilaginis ossificationem coalita apparent; serra autem divisa omnia coadunata sese ostendunt, excepta media illius cartilaginis parte, ubi hiatus quidam relinquitur. Hujus partem sinistram iconē delineatam proposui (d). Forte et idem in modo memorata BONETI historia locum habuit. De vertebris etiam lumborum per symphyſin plene coalitis agit RUY SCHIUS (e).

### §. XXXVI.

Non infreuenter etiam ultimae Lumborum Vertebræ cum Osse Sacro observatur coalitus, qui tum per ipsa corpora coadunata, tum per processus, quovis modo fieri observatur. Hujus generis quedam specimina memorata exstant in ill. BUFFONII Hist. Natur. (f).

Quo-

(c) Conf. quae ex MORANDO habet PALFYN, *Beschryving der Beenderen* pag. 307.

(d) Tab. II. Fig. XIV.

(e) In *Observ. Anat. Obs. 8. Tom. I.* pag. 17. Conf. quae ex DIEMER-BROEKIO habet PALFYN l. c.

(f) L. c. pag. 43. N. 218, 219, 220, 221.

Quoniam autem processus transversales ejusdem vertebrae saepius cum osse sacro coalescunt, plerumque in eo caussa videtur, quare toties ossa Sacra, quatuor naturaliter foraminibus instructa, quinque ab utroque latere gaudentia deprehendamus; in quibus saepe deperdita per macerationem cartilago intermedia, & processus spinosus a sequenti distans, nec non saepe et linea, quae ad latera supremi foraminis conspicitur, pristina separationis vestigia praebent. Tale os sacrum quinque foraminibus instructum vidit COLUMBUS (*g*), & descripsit Anatomicorum Princeps B. S. ALBINUS (*h*), nec non aestumatissimus Praeceptor clar. G. VAN DOEVEREN (*i*). Horum quoque plurima possideo.

Hinc et derivandum, quod aliquando occurrant ossa Sacra, ab uno latere, cum processu transverso ultimae lumborum vertebrae confluentia, ibique quinque foraminibus donata; dum in opposito latere processus vertebrae transversus non degeneratus, & quatuor tantum in illis foramina conspicuntur. Hujusmodi os sacrum descripsit & iconem illustravit ALBINUS (*k*). Talia etiam nonnulla, & quidem caetera inter unum, quod praeterea rariore virtute, nempe scoliofi, insigne est, ego asservo.

Non tamen alterutrum in omnibus hujus speciei concretionibus sit; contrarium enim ex propriae Collectionis meae patescit speciminibus morbosis.

Raro

(*g*) Vid. *l. c.*

(*h*) In *Annot. Acad. lib. IV. Cap. II. Tab. VII. Fig. 4.*

(*i*) In *Spec. Obs. Acad. Cap. XIII. §. 12.*

(*k*) *L. c. fig. 5.*

Raro licet plures *Vertebrae cum Sacro osse coalescant*, ancylo-  
seos tamen, inter plures vertebrae gibbositatem constituentes & os  
sacrum, exemplum exstat in dicto Regis Galliae Museo (l).  
Haud ita diu etiam egregiam trium inferiorum vertebrarum lum-  
balium cum osse sacro, per processus in primis articulares, ancy-  
losin inveni. In qua autem id singulare notandum est, quod ul-  
timae vertebrae & penultimae corpora per spinam ventosam ple-  
narie coaluerint, dum reliquae corporum superficies reciprocae, per  
cartilaginis intermediae jacturam, hiare deprehenduntur. Apud  
S. BLANCARDUM (m) depictum videmus os sacrum, quod ex fi-  
gura cum ultima lumborum vertebra concretum videtur; qua tamen  
de re nulla in explicatione fit mentio: hinc itaque prona est con-  
jectura, aut os sacrum non satis distinxisse BLANCARDUM, aut  
figuram perverse esse delineatam; quale in pristinorum Anatomico-  
rum libris non raro occurrit vitium.

## §. XXXI.

Haud raro etiam unum alterumve *Coccygis officulum* concrevit  
cum osse *Sacro*, sive quod cartilago intermedia pereat sensimque  
oblitteretur, aut ossescat; sive quod processus adscendentes & de-  
scendentes; sive, quod longe frequentius, processus laterales coc-  
cygis ossi sacro jungantur. Hinc et saepe fit, ut quinque ab utro-  
que, vel ab alterutro latere, in osse sacro foramina conspiciantur (n).

Et

(l) Vid. l. c. pag. 43, N. 219.

(m) In Anat. Tab. XLIX. Fig. II.

(n) Vid. PALFYN Beschryving der Beenderen pag. 384.

Et hinc facilis est conclusio, posse dari ossa sacra sex, vel et pluribus foraminibus instructa, ubi nempe os sacrum simul cum unipluribusve vertebris, unoque pluribusve coccygis ossibus procrecentibus coalescit. Caeterum ossis sacri cum uno coccygis officulo, aut et simul cum ultima lumborum vertebra coaliti nonnullas penes me sunt exempla.

Rarius autem *os Sacrum cum tota Coccyge concretum* deprehenditur, cujus tamen etiam exempla possideo.

### §. X X V I I .

Haud quoque *sola totaque Coccyx* coalita frequenter occurrit, cuius tamen specimen clar. PRAESES possidet, aliudque mihi in caeteris ostendit clar. LUCHTMANS, Praeceptor meus in Acad. Trajectina aestumatissimus.

### §. X X I X .

Licet non frequens sit *Vertebrarum cum Costis concretio*, non tamen plane inaudita est. Hujus aliquot hinc inde specimina occurunt apud RUVSCHIUM (o), & ROY & COOPMANS (p). Hujusmodi etiam concretiones passim videre mihi licuit, in quibus et aliquot vertebrae, nonnullis utrimque cum costis concretas, quas asservat doct. LEDEBOER. Ipse raram servo inter duas

(o) In *Observ. Anat. Obs. 8. Tom. I. pag. 17.*

(p) *Diff. cit. Nec non in Hist. Natural. c. pag. 42. N. 212, 213.*

duas dorsi vertebras costamque dextram ancylosin, in qua id notandum, quod vertebrae penitus liberae sint, exceptis lateribus, ubi corpora per laminam osseam ita junguntur, ut loco cartilaginis corporibus intermediae spatium vacuum relinquatur: qua lamine in dextro latere procrescente totum costae cum inferiori vertebra articulatae, adeoque coalitae, capitulum tegitur. Hujus concretionis iconem Dissertationis hujus calci adjungere animus est (q). Asservo & novem dorsi vertebras, cum costa una dextra coalitas, & vestigio duarum similium disruptarum in dextro, uniusque in latere sinistro.

Hujus concretionis in gibbosis frequenter observandae datus occasio, ejusque quaedam in talibus exempla mihi ostendit doct. BLEULAND, plenius nunc brevitatis causa non describenda. Memorare autem licet duas Scolioses, quas nuper mihi comparavi, quae breviter describantur, dignas. Prima ex ultima dorsi tribusque lumborum vertebris constat, in dextrum latus insigniter flexis, materia ossea ad corpora inter se invicem, licet non perfecte, coalitis, & a posteriori ad spinas processus que articulares tantum non omnino concretis: cum superiori praeterea vertebra plenarie coaluit costa sinistra, ob incurvationem spinae sequentes fere vertebras attingens. Alterum specimen septem dorsi vertebrae constituunt, magnam partem inter se coalitae; cum qua spinae parte tres ad dextrum latus, quarum duae disruptae, una tantum ad sinistrum, confluxerunt costae. Cyphosin etiam e qua,

tuor.

(q) Vid. Tab. I. Fig. V. &amp; VI.

tuor dorfi vertebris coadunatis firmiter, una cum duabus lateris  
sinistri costis, eximiam sanc, affervat clar. P R A E S E S.

## §. X X X.

Rarius certe occurrit *Costarum aliquot concretio*: quam immerito  
huc referre nolunt nonnulli, dum tamen tali coalitione liber &  
absolutus costarum motus impeditur. Haec concretio saepe a callo  
oritur, qualem in Collectione sua possidet clar. B O N N. Ejusdem  
non a callo natae exemplum mihi ostendit doct. L E D E B O E R.  
Hanc ancylosin, in trunco hominis scoliosin, cyphosin & lordo-  
sin passi, mihi quoque monstravit clar. S A N D I F O R T.

Rarissimam concretionis binarum dextri lateris costarum speciem  
adhuc memorabo. Harum costarum inferior superiora versus ita  
est incurvata, ut cum superiore prope sinum alterum per exostosin  
concreverit, & vix capitulo suo ad suam vertebram pertigisse videa-  
tur. Hujus costae caput supra superiorem eminet, duosque a  
parte interiore praebet sinus, qui totidem recipiendis costis viden-  
tur destinati; adeo ut verosimillimum sit, hoc specimen e cadave-  
re quam maxime differni esse oriundum. Eximum hoc specimen,  
a celeberrimo P R A E S I D E mihi benevole suppeditatum, figuris  
illustravi (r). Nec possum, quin memorem egregium, quod nu-  
perrime mihi sese obtulit, specimen, duas costas dextras inferiores  
in medio magnam partem coalitas exhibens. Caeterum sinus ad

par-

(r) Vid. Tab. I. Fig. XI. &amp; XII.

partem internam appareat, ut videtur, a vasis intercostalibus, quae hanc aencylosin e senili corpore oriundam docent. De PROTOPHANE Magnesio narrat PAUSANIAS (*s*), costas in cadavere non fuisse discretas, sed pro illis unum fuisse os continuum ab humeris ad costas spurias. Duas tresve costas connexas vidit COLUMBUS (*t*). Tredecim utrimque costas, quarum decima tertia cum duodecima confluxerat, vidit ROLANUS (*u*). Costas etiam tres concretione a se mutuo inseparabiles vidit FONTANUS (*v*). Costas binas in uno latere coaluisse, bis observavit RUVSCHIUS (*w*).

## §. XXXI.

Huc refero costam bicipitem, qualem possideo & infra delineandam curavi (*x*). Hanc pro costa duplii maximam partem, ferme usque ad cervicem concreta, habeo; eo magis, quoniam duarum ferme costarum latitudinem habet. E media suprema hujus parte exostosis exfurgit. Similis costae verbo mentionem facit ALBINUS (*y*). Referri et huc potest costa bifida, quae e duabus costis magnam partem coalitis, ad sinem autem adhuc separatis, concrescere simili modo posse videtur. Talem autem non semper, imo rarius e

dua-

(*s*) Vid. *Gracciae descriptio*, lib. I. pag. 86. seq. Edit. J. KUHNII.

(*t*) Vid. *de Re Anatomi*. lib. XV. pag. 485.

(*u*) Conf. PALFYN *Beschrywing der Beenderen* pag. 339.

(*v*) Vid. *ibid.* pag. 351.

(*w*) Vid. *Observ. Anat. Obs.* I. pag. 14.

(*x*) Vid. *Tab. I. Fig. XIII.*

(*y*) In *Annot. Acad. L. II. Cap. 13.*

duabus costis conflari, patet tum ex eo, quod ab ipsa jam nativitate aliquando tales costae reperiantur, quod manifestissimo in foetus vix editi cadavere, exercitiis anatomicis destinato, hyeme penultima mihi patuit; tum ex eo, quod similem, ex adulto desumtam, possideam, in quo caput & dimidia costae pars solito latior non est, extremum autem duplicem ferme costam latitudine aequat. Hujusmodi plures vidi; & idem judicandum videtur de illo specimine, quod habet ALBINUS (*z*); item de alio, quod in promptu habeo, ad finem insigniter latescente, & dupli sinu pro dupli, ut videatur, cartilagine instructo.

Fecit et clar. LUCHTMANS singularem costam mihi describendi & figura illustrandi copiam (*a*), quae simul biceps & bifida est, e foetus trunko desumtam: in latere autem sinistro, in quo reperitur, duodecim tantum costae deprehenduntur, in opposito vero tredecim. Haec costa cum duabus superioribus dorsi vertebris (ad sunt enim tredecim) articulatur. De Costa bicipite & bifida conferri meretur Praeceptor aestumatissimus clar. VAN DOEVEREN (*b*). Binas pereximias quoque e celeberrimi PRAESIDIIS collectione hic adjungere non inutile videtur observationes. Primam Sceleton constituit virile, cuius sexta & septima costa sinistra, sursum numerando, in medio binis in locis coaluerunt firmiter; & in superiore septimae & inferiore parte octavae reciprocae dantur eminentiae, quodammodo

do

(*z*) In *Ann. Acad. lib. II. Tab. VII. fig. 3. Conf. Cap. 13.*

(*a*) Vid. *Tab. I. fig. IX.*

(*b*) *Spec. Observ. Acad. Cap. XIII. §. 10.*

do planiformes; octava porro septimae ita propinqua est, ut musculos intercostales aut nulos, aut exiles admodum fuisse dixeris, quae diathesin ad ancylosin constituant. Non mirum ergo, thoracem hinc ab uno latere esse deformem.

Altera e juniore corpore est petita. In infantis nempe recens nativo skeleto, praeter deficientem hic illic in crano osseam substantiam, pedem dextrum miro modo intortum, & spinam bifidam, id notandum, quod duodecim in dextro, tredecim vero in sinistro latere adsint costae, & in hoc quidem latere tertia ad partem medium inferiorem emittat exostosin acuminatam, triangularem, superne latiorem, inferne acutam. Eidem costae duae a sterno accedunt cartilagines: quinta & sexta pro magna parte coaluerunt.

### §. XXXII.

Non saepe concrescunt *Costae cum Sterno*, quod certe mirandum, dum motus costarum superiorum non ita validus est. Hujus interim concretionis, qua costa prima dextra cum parte superiore ossis pectoris in unum omnino abiit, exemplum servio & iconem dabo (c).

Lubet et hic singularem hujus generis memorare ancylosin, quae constat media & inferiore sterni parte, jam in unum os concretis, & quinta penultimaque costa lateris sinistri vera, (quae et inter se per eandem ossificationem, loco inter cartilagines intermedio, firmiter coaluerunt, per crustam osseam cartilagibus supernatam, e qua

car-

(c) Tab. I. Fig. X.

cartilagine maceratione perierunt, & firmam inter se ancylosin passis; quale certe specimen nequaquam e frequentissimis est.

Costarum binarum superiorum cum sterno coalitus reperitur in dicto Regis Galliarum museo (*d*). Similem asservat in egregia sua ossium morbosorum Collectione (e qua hoc cum aliis nonnullis deinceps memorandis humanissime mihi suppeditavit clar. R. FORSTENIUS Professor Harderovicensis) in quo volumine auctae, & cruxla ossea tectae, sunt costarum extremitates anteriores. Sinus clavicularis in sterno ampli sunt admodum, solito magis excavati. Sinum jugularis opplet notabilis exostosis. Costae caeterum fanae sunt.

Silentio hic premere nequeo T. H. SCHWENKII (*e*) observationem de costarum cartilaginibus osseis, immo ossibus durioribus & latioribus, ita ut thorax scutum osseum referret (*f*).

### §. XXXIII.

Dictis multo rarer est, quem clarissimus VAN DOEVEREN possidet, totius ferme Thoracis in unum quasi os confluxus. Hoc specimen, quod mihi describendum & depingendum benevole dedit celeb. Praeceptor, sequenti ratione sese habet (*g*). Undecim dorsi vertebrae per laminam osseam quoad corpora concreverunt; & nonnullae locum pristinae cartilaginis intermediae ostendunt, aliae

non

(*d*) *l'Hist. Natur. l. c. N. 211*, pag. 42.

(*e*) Vid. *Rari Casus Explic. Anat. Med.* pag. 26.

(*f*) Exstat etiam R. A. VOGEL programma de *Asthmate singulari ex Cartilag. Costarum Offessentia*, Gott. 1773, quod videre desidero.

(*g*) Vid. *Tab. I. Fig. VII. & VIII.*

non item. Hac lamina ossea etiam correspondentes undecim utrimque coaluerunt costae: cum costis autem non plenarie quidem concrevit sternum, cuius tamen cartilagines, ut facile in Tabula I. videbit Lector benevolis, magnam partem ossea crusta testae sunt, ut in singulari patet figura, qua Sternum, ob loci angustiam, imminuta magnitudine, & a costis separatum exhibetur.

## §. X X X I V .

Jam ad *Ancylosin ossis Sacri cum alterutro Innominato* progedior, quae quidem rara admodum non est: eam enim jam memoravit COLUMBUS (*b*). Haec autem vario modo, vel a ligamentis, vel a cartilagine in os versis, aut et hac tota pereunte, quorum omnium exempla possideo, fieri solet. Hujus ancylosoeos brevi temporis spatio plurima, viginti ad minimum, observavi specimen. In caeteris autem unum possideo, jam describendum, additisque iconibus illustrandum (*i*). In hoc, praeter duorum ossium plenarium confluxum & spinam ventosam ossis innominati, ligamentum sacro-ischiadicum breve, si non totum, (quod quia disruptum est, aegre affirmaverim,) magnam faltem partem ossificatum, totum os sacrum cum annexo innominato multis ab interiore exostosibus insigne; & in os innominato oblitteratum ferme (a luxatione certe femoris) solitum cavum articulare, nuncque jam mediante Natura formatum acetabulum conspicuntur. Pelvis perparva fuit, & virilis videtur.

Ex

(*b*) *L. c. pag. 485.*(*i*) *Vid. Tab. II. Fig. XX. & XXI.*

Ex hoc praeterea osse morboſo, ut et aliis multis, clare patet, quantum errent illi, qui femoris luxationem negare ausint.

Ancyloſeos hujus exemplum etiam poffidet clar. R. FORSTENIUS, in quo os ſacrum cum ſolo posteriore & inferiore Iſchii tubere coauit, caeterum ab eo ſeparatum. Hujus quoque ſimilia ſpecimina affervat clar. P R A E S E S.

### §. X X X V.

Aliquando coalescit *utrumque Coxendicis os cum Sacro*: quale celeb. P R A E S E S poffidet, & habuit R U Y S C H I U S (k). Innominatum utrumque cum osſe ſacro concretum, cui et quaedam vertebræ junguntur, in dicto Regis Galliae muſeo exſtat (l). Affervat et clar. B O N specimen, in quo quinque lumborum duaeque dorsi vertebræ cum osſe ſacro, idque cum innominato utroque, concreverunt, quod mihi conſpiciendum Vir clar. perhumaniter exhibuit (m).

Varias itidem oſſis Sacri cum utroque innominato concretiones poffidet, mihiq[ue] exhibuit contemplandas doct. L E D E B O E R, in quarum una a tubere utriusque oſſis Iſchii lata planaque exoſtosis ſuperiora versus tendit, in ſuperiore parte contraſtior. Anne forſan haec a ſuſtentaculo, ad facilitandum progreſſum, durante vita, adhibito, fuit enata? Ipſe quoque varia hujus coalitionis exempla, immo et ſimul cum ſacro concretam vertebram, affervo.

Egre-

---

(k) Vid. *Catal. rar.* Tom. I. pag. 177.

(l) Vid. *l'Hist. Nat.* l. c. pag. 43. N. 220, 221.

(m) Conf. *Acta Societ. Reuterod.* Tom. III. pag. 279.

Egregiam porro asservat ancylosin clar. R. FORSTEN, cuius hanc descriptionem dedit: „ Superior Sacri ossis pars cum Innominatis GALENI lamina quasi ossea plane est conferruminata, ita quidem, ut ne vestigium unionis superfit, dum interim margines ossis sacri, tubera posteriora illorum suscipientes, liberi plane sint introque latere. In hoc specimine porro notabile est, quod pubis ossa, ad distantiam trium fermè linearum, a se invicem sunt separata, deficiente plenarie, quae naturaliter interposita est, substantia, quodque os pubis dextri lateris elatius ad distantiam ferme pollicis sit positum, quam pubis os sinistri lateris (n). Nimis obscura sunt solita criteria, quam ut certo determinare possim, masculinum, an foemininum sit hoc specimen”. Ipse exemplum ferme simile asservo.

Ex singularissimo hoc statu morboso patet evidentissime, ossa haec pubis, ante factam Ancylosin, necessario inter se maxime mobilia debuisse apparere: unde haecce Observatio multum videtur illustrare celebratam illam quaestionem obstetriciam, num Offa Pubis in partu quandoque mobilia possunt fieri, nec nec de qua præcaeteris consuli poterit clar. Praeceptoris SANDIFORTII Differatio inauguralis (o) & modo citatus celeb. BONN commentarius.

## §. XXXVI.

(n) Vid. Tab. II, Fig. XIX.

(o) *De Pelvi ejusque in partu dilatatione*, L. Bat. 1763. invenienda quoque in celeb. Viri Thesauro Diff. &c. Tom. III. p. 169.

## §. XXXVI.

Infrequens plane (inauditam ferme dixerim,) est ossium Pubis inter se coalitio, cui tamen favet analogia e brutis desumta (p): hujusque ancyloseos (q) pauca tamen in homine memorantur exempla. Una memoratur a clar. SANDIFORT (r), quam ab ossificatione ligamenti ossa pubis ab interiore nectentis concretionem factam fuisse, alibi (s) indicavit.

Simile ferme, quoad externam faciem, exemplum ipse possideo, in quo et coccygis ossiculum cum sacro osse coaluit, & ossa pubis eodem modo concreverunt: dolendum autem est, dextrum os innominatum, quod cum sacro non concrevisse videtur, disruptum, adeoque propter exostosis, ossa pubis unientis, disruptionem ossa pubis a se invicem esse separata: alterum os, scilicet dextrum, non possideo. Haec praeterea pelvis insigniter incurvata fuit, docente conjugata ejus.

Possideo et os innominatum, cum sacro non coalitum, in quo lamina ossea os pubis ab anteriore obducens ad locum, ubi alteri pubis ossi accessit, disrupta appetat: in quo osse a superiore profunda fovea conspicitur, unde ferme cariem, fracturam, aut aliud quemdam morbum praegressum dixeris.

Ra-

(p) Ostendit mihi tales clar. BONN, ipse ex equo sumtam asserto, hic non describendam.

(q) An haec concretio ossium pubis ad ancylosin veram referenda sit, satis ex definitione data liquet. Cl. BONN. in Att. Soc. Roterd. tract. c. ad ancylosin quidem non refert, quoniam alio, quam antea ego feci, modo ossium Syntaxin dividit, & ossium pubis nexus ad articulum non refert.

(r) In Observ. Anat. Pathol. Tom. II, Cap. 6.

(s) Ibid. Tom. IV, Cap. 10.

Rarior multo est *Ossium Pubis* per veram *Cartilaginis ossificationem concretio*, nec (quod sciam) a quopiam memorata. Novi equidem, a clar. **SIEBOLD**, *Synchondrotomiam* instituente, ossa pubis, ob osseam in parturiente synchondrosin, quam dissecare conabatur, cultro dividi non potuisse, sed ferram in auxilium adhibendam fuisse: id autem pariter novi, nullam mentionem fuisse factam, an tota cartilago ossea fuerit, an callus ei tantummodo adnatus, aut an punctulis tantum osseis instructa, an unice solito durior fuerit cartilago? adeoque hinc ancylosin enasci posse, unicè concludi posset. De hoc singulari casu consuli debet clar. **RICHTER** (*t*).

Attamen, tali modo concretionem ossium Pubis locum habere nunquam, nemo ex dictis concludat: contrarium etenim ex eximio, quod me possidere gestio, specimine evidenter demonstrare possum; quod adeoque tum scripto, tum delineatione (*u*), exhibere apud animum constitui. Hoc suppeditat *Pelvis muliebris*, qualem esse tum ex tota figura, tum ex mensuris, quas in sua Dissertatione (*v*) memoravit amicitia mihi junctus doct. Practicus Amstelodamensis **J. P. MICHELL**, evidenti patet indicio. Haec pelvis insuper valde incurvata est, quod dum Lectori Benevolo ex ipsis, quas huic tractatui adjungam, figuris sponte patescet, hic demonstrare alienum foret. Est praeterea scorbutica vel venerea labe insignis, quod tum ex imminuto ossium pondere & tenuitate, tum ex va-

riis,

(*t*) *Chirurg. Bibl.* IV. band, pag. 579.

(*u*) *Tab. II. Fig. XVII. & XVIII.*

(*v*) *De Synchondrotomiae in partu difficulti utilitate A. 1781*, sub **PRAESIDIIS** mei moderamine, in nostra Academia, publice & strenue defensa, pag. 45.

riis, quae acetabuli cavum occupare deprehenduntur, exostosibus abunde liquet. Os sacrum, quinque foraminibus utrimque praeditum, cum ossibus coxarum quidem, validius ad inferiorem, debilius ad superiorem partem, non autem cum coccyge, concrevit.

Rarissimum hoc dixi exemplum, nec, ut mihi videtur, immerito: dum mihi assentientem habeo clar. Praeceptorem E. SANDIFORT, qui memorat quidem exempla a clar. SIEBOLD, BONNARD, & VAN KRAPE, non omni dubio parentia, communicata; ast nihilo minus addit „*Inter casus, qui raro obvenire solent, ankylosis ossium pubis referri hactenus debere videtur (w)*”.

Similem tandem cartilaginem pubis ossificationem, veram itaque ankylosin, se descripturum mecum hisce diebus communicavit amiciss. J. P. MICHELL, in altera emendatiore & auctiori, quae brevi prodibit, Dissertationis suae modo citatae, editione.

### §. XXXVII.

Rara licet & insolita sint haec specimina, longe certe rarer est totius forme *Truncus in unum os, ut ita dicam, consolidatio*, qualememorat B. CONNOR (x): in quo exemplo sacrum os, ossa innominata, quinque lumborum, decem dorsi vertebrae, omnesque cum iis articulatae costae coaluerant. Vertebrae ferrae ope divise in medio substantiam deficientem exhibebant. Non autem ibi de concre-

tione

(w) *Vid. Obs. Anat. Pathol. lib. IV. Cap. 10. pag. 119. seqq.*

(x) *L. c. pag. 4. conf. Act. Erud. Lips. pro A. 1696, pag. 558. ut et B. CONNOR Lettre à Mr. le Chevalier Guillaume de Waldegrave, dans le Journal des Scav. A. 1693. pag. 590. seqq.*

tione ossium coccygiscum osse sacro, aut de concretione ossium pubis, ulla reperitur mentio; sternum autem cum costis non concreverat. Hanc observationem innuere etiam videtur DERHAM (y).

### §. XXXVIII.

*Femoris cum Osse innominato*, infrequens licet, *Ancylosis* non penitus nunquam observata est (z). Haec jam ancylosis, ut cognita articuli structura facile patet, vel ab ossificatis ligamentis, vel ab indurato & progrescente acetabulo, vel denique ab ipsa confluente substantia ossea, locum habere potest. Prioris concretionis, ab ossificata tota quanta capsula articulari, exemplum mihi exhibuit doct. LEDEBOER, taleque possidet clar. PRAESES.

An a solo ligamento terete, osseam duritiem adepto, unquam ancylosis fuerit observata, dubito.

Possideo et pelvim, cuius os innominatum alterum cum sacro firmiter coiit, secus ac alterum; utrumque acetabulum, ferme ad trochanteres usque, ita procrevit, ut moveri quidem possint libere femora, solum autem dextrum, idque non, nisi moto antrorum femore, e suo acetabulo valeat eximi. Simile ancylosos specimen olim mihi comparavi, quod constituit os coxae sinistrae, in quo acetabulum naturale luxatione pro parte periit, ejus-

(y) *Ged geleerde Natuurkunde*, IV. b. 7 h. Not. 14. pag. 170.

(z) Vid. HILDANUS de *Ichore & meliceria*, cap. XXV. pag. 882. in Opp. & A. DE HAEN in *Rat. Med. Vol. I.* pag. 360. Ed. Leid. Conf. et l'Hist. *Natur.* l. c. pag. 43, 44, 45. N. 222—230. in primis 225, quod rarissimum Tab. III. repraesentatur.

ejusque loco paullo altius ad os illeum novum formatum est, cum priori jam angustato communicans, in quo femur, ob vere ossos & prominentes acetabuli margines, quodammodo, perparum licet, anteriora versus moveri se patitur: quodque notabile est, in os Ischio, ad prioris acetabuli partem anteriorem superioremque, ad crus ossis pubis superius, quidam conspicitur colliculus, magis gibbus, quam planus, quem, femore, quantum ad summum integrum acetabulo valet, antrorsum moto, excipit trochanter minor, hunc in finem quodammodo sinuatus; dum ab inferiore ejusdem acetabuli parte, continua femoris rotatione, quasi detritum deprehenditur os Ischii. Accedunt his insigne horum ossium pondus & asperitas ossis innominati, spinam ventosam certe, forte et praegressam fracturam, exostosin utique arguentia. Egregium hoc exemplar adjectis iconibus illustravi ( $\alpha$ ).

Mihi etiam ad manus est concretio femoris cum osse innominato: sed hoc specimen adeo disruptum est, ut nil, nisi quod ipsum acetabulum cum femore confluxerit, doceat.

Asservat elar. R. FORSTEN femoris os dextri lateris cum innominato ancylosi junctum, deleto penitus coxae articulo. Ipsum femoris os, praeprimis hujus corpus, inflatum, volumine auctum, variisque spinis ossibus obsessum. Volumine maxime auctus trochanter major; a deposita substantia ossea ita collum femoris cum margine acetabuli coit, ut ne vestigium naturalis articulationis supersit: scabra & a pera hoc loco maxime est ossis superficies.

No-

Notabili etiam femur gaudet situ respectu ossis innominati, maximopere extrorsum & sursum positum est, eoque in situ coalitum. Affervat idem Vir clar. porro femur dextri lateris, deleto coxae articulo, cum innominato ancylosi unitum. Ex mutationibus in ipso articulationis naturali loco conspicuis concludendum videtur, fracturam in capite femoris subortam huic ancylosi ansam praebuisse. Specioso situ in hoc quoque specimine femoris os gaudet, reposito enim innominato osse in situ naturali sinus patellaris introrsum spectat, & condylus exterior vere est superior.

## §. XXXIX.

Haud infrequenter pariter *Femoris os cum Crure*, sive cum *Tibia* sive cum *Fibula*, sive cum *Rotula* solis, rarius *cum omnibus simul*, concretum deprehendere datur.

*Femoris cum Patella concreti*, quod frequentius fit, exempla aliquot vidi, in caeteris unum vidisse memini, in quo ita tumebat, ita prominebat patella, ut tertius femoris condylus adesse, adeoque femur in tripodem terminari videretur. Concretionis hujus ipse quoque exemplum possideo (b). Affervat hujus concretionis egregium exemplar celeb. P R A E S E S. Hoc constituit femur, superius prope trochanteres olim fracturam passum, quod cum patella firmiter concrevit. Notandum, quod condylorum facies posterior planiuscula, quasi detrita sit; unde colligendum videtur,

femur

(b) De hac etiam vid. *l'Hist. Natur. l. c. pag. 45, 46. N. 230, 231.*

femur, durante hominis vita, aliquamdiu erectum, aut flexum fuisse poplitem.

## §. X L.

*Femoris cum Tibia concreti* firmiter egregium affervo specimen, in quo genu maxime incurvatum est. Simile affervat doctissimus LEDEBOER. Memoratum etiam prostat a doct. B. CONNOR (c). Ejusdem delineatio ex SCULTE TO exstat apud HEISTERUM (d) & RUY SCHIUM (e), ut et in BUFFONII *Hist. Natur.* (f). *Femoris cum Tibia simulque Rotula* ancylosin descripsit & delineavit TRIOEN (g), quae nunc penes Collegium Chirurg. Leidense prostat: eandem habent COLUMBUS (h), CHESELDEN. (i), et RUY SCHIUS (k). Similem concretionem, genuque insuper incurvum, memorat HILDANUS (l), exhibuit mihi talem Doct. LEDEBOER. Parem e sinistro latere sumtam affervat celeb. PRAESES. Possidet similem clar. SANDIFORT, qui et aliud exemplum habet, in quo insuper *Talus cum tibia* concretus deprehenditur (m), quod mihi videndi praebuit occasionem.

## §. X LI.

(c) Dans le *Journal des Scav.* l. c. pag. 614.

(d) In HALLERI *Diss. Chir.* Tom. IV. p. 537. Tab. XXXIII. Fig. 21.

(e) In *Catal. Rar.* Tom. I. pag. 175.

(f) L. c. pag. 45, 46. N. 230, 232, 233, 234, 235, 236.

(g) In *Obs. Med. Chir.* pag. 129. Conf. Tab. X. Fig. 2.

(h) In *Lib. de Re Anat.* XV. pag. m. 485.

(i) In *Osteogr.* Tab. XLVII. Cf. HALLERI *Dissert. Chir.* Tom. IV. pag. 537 & Tab. XXXIII. Fig. 15, 16.

(k) Vid. l. c. pag. 178.

(l) *De Ichore & Meliceria Cap.* XXV. p. 883.

(m) Vid. *Obs. Anat. Path.* Lib. I. pag. 101.

## §. XLI.

*Femoris cum Fibula coalitum*, qui rarius contingit, memoratum non inveni.

Est tamen in mea collectione elegans specimē, quod ex ostio, tum a tibia & fibula dextri lateris invicem concretis, tum ab osse femoris ejusdem lateris procedentem, eaque ossa per novum quasi articulum ad internum latus jungentem, exhibit: in quo praeterea, ubi sibi invicem apponuntur ossa, valde incurvum genu & ossa pae-  
darthrocace infecta sunt. Diffractae hinc inde etiam oculis se-  
offerunt eminentiae, quae olim praesentis verae inter haec ossa, for-  
te et cum patella (cujus ligamentum ossium pro parte integrum,  
pro parte diffractum id docere videtur,) ancylosoes meritam movent  
suspicionem.

Dictis rarior est, quae apud BUFFONIUM (<sup>n</sup>) memoratur,  
coxarum cum osse sacro, cum femore, tibia & rotula ancylosis.

## §. XLII.

*Tibiae cum Fibula concretio*, cuius innumera prostant exempla,  
ut plurimum ab una tantum, sive superiore, sive inferiore parte  
fieri deprehenditur: plus equidem vicies eam concretionem, ne  
semel quidem ab utraque parte factam, vidi. Aliquando, ra-  
rius licet, ligamento interosseo vel omnino, vel pro parte in os  
converso, aut ab ipso ossium vitio haec ossa loco intermedio

coa-

(<sup>n</sup>) In Hist. Natur. l. c. N. 230.

coalescunt. Ita a fractura horum ossium praegressa haec non raro producitur ancylosis, quale exemplum mihi exhibuit doct. L E D E B O E R , possidetque aliud Collegium Chirurgicum hujus civitatis inter nonnulla ossa morbosa. Simile specimen, tibiam nempe & fibulam dextram, quae, loco ferme medio olim fractae, nunc callo consolidatae, & paullo introrsum incurvatae, coaluerunt, adjecto schemate exhibui, cuius mihi copiam fecit clar. P R A E S E S (o). Hanc ancylosin etiam observavit B U F F O N I U S (p). Ita a spina ventosa concretionem hanc, sed in uno tantum loco intermedio factam, bina, quae mihi ad manus sunt, demonstrant ossa.

### §. X L I I I .

*Tibiae autem Fibulaeque*, vel utriusque, vel alterutrius *cum* toto *Tarso*, aut ejus parte, infrequens omnino ancylosis est. Hujus tamen exempla in Regis Galliae museo prostant (q). Tibiae cum talo concretionem modo ex clar. S A N D I F O R T I O attuli. Affervat et clar. P R A E S E S tibiam & fibulam parte inferiore inter se, cumque talo & calcaneo ancylosi junctas. Bina hujus concretionis, quae penes me sunt, exempla, hic adjungere placet. Alterum constituunt tibia fibulaque sinistrae, ab invicem separatae, per veram autem ligamentorum ossificationem cum tarso coalitae: nonnulla tarsi officula inter se mutuo concreverunt plenarie, & hinc

inde

(o) Vid. *Tab. II. Fig. XXVI.*

(p) Vid. *l. c. pag. 47. N. 237.*

(q) Vid. *l'Hist. Natur. l. c. N. 238, 239, 240.*

inde multum de lamiella vitrea amiserunt, maximeque a parte anteriore tarsi sunt diffracta; & hinc, utrum metatarsus & reliqua pedis ossa cum tarso concreta fuerint, an secus, aegre determinaveris.

Altero in specimine, sphacelato, ut videtur, conspiciuntur tibia fibulaque sinistrae, antea fractae, prope talum jam redintegratae, sed incurvae, & (unde rhachiticas habeo) planiusculae, ad extrema ferme sejunctae. Tibia porro, antequam talum attingit, insigniter latefecit, & versus latus externum incurvatur, dum ab altero latere malleolum internum, admodum similiter incurvum & cum talo concretum, emittit, & ab exteriore parte tum cum fibula, tum cum talo coadunata appetet. Fibula, minus latefcens, pariter extrorsum incurva, cum eodem talo in unum quasi os abiisse deprehenditur; adeo ut talus, eoque mediante totus tarsus, in latus sit directus, ita ut talus, os lunatum, & cuneiforme majus, inferiora tarsi occupent; calcaneus cum osse cubiformi, naturaliter exterior, nunc superior sit; calcanei tuber totaque planta, alias deorum collocata, nunc exterius conspiciantur. In hoc specimene praeterea omnia tarsi ossicula in unum quasi confluxisse deprehendimus: dum autem ossis cuneiformis majoris anterior pars disrupta est, utrum cum illo pollex unitus fuerit, dubitandi datur ratio. Id certum est, tum caetera cuneiformia & cubiforme ab anteriori fuisse libera; tum et metatarsum digitosque pariter, & eodem modo, debuisse extrorsum vergere. Hoc specimen inter icones illustravi (r). Possidet & clar. FORSTENIUS tibiam fibula-

lam-

---

(r) Vid. Tab. II. Fig. XXIV, XXV.

lamque sinistri lateris inferius invicem & cum talo conferrumintas. Tibiae extremum inferius non multum a statu naturali recessit, in sepulchro corruptione perdidit malleolum internum, fibula vero inflata, ex spiculis ossis superficie inhaerentibus aspera & scabra est.

## §. X L I V.

*Solius, sed totius Tarsi in unam massam confluxus*, dum his describendis incumbo, mihi ante oculos versatur specimen. Offa tarsi mulieris, cuius pes extremus spina ventosa obsestus fuerat, in unum coailita, & in substantiam molliorem mutantata, habuit R U Y S C H I U S (s).

Cum tarso coalescere posse Metatarsum, monet analogia, confirmat experientia (t). Hujus exempla mihi exhibuit doct. L E. DE BOER. Facillime Metatarsus cum Digitis, & reciproce digitorum phalanges concrescunt: cuius rei exempla in cadaverum sectione bis observavi.

Idem veium de ossibus Sesamoideis.

## §. X L V.

Finita Artuum inferiorum consideratione, ad superiores pergo, ubi primo sese offerunt Scapularum cum Claviculis articuli, in quibus seorsim nulla hactenus mihi obvia fuit concretio.

Idem dicendum de Claviculis cum Sterno,

*Sca-*

(s) *Theſ. Anat. V. N. 53. pag. 23. seqq. Tab. III. Fig. 4. Tom. III.*  
Cf. *Act. Erud. Lipſ. pro anno 1706. pag. 146.*

(t) *Vid. l'Hist. Natur. l. c. N. 241, 242.*

*Scapulam cum humero coaliuisse, docet observatio, ut videre est in Museo R. Gallico (u).*

### §. XLVI.

*Os humeri cum alterutro, vel & utroque, Cubiti ossē non raro concrescit. Hoc a callo, ut videbatur, factum obseruavit FABR. HILDANUS (v). Os humeri etiam cum ulna concretum exhibet TRIOEN (w). Plura habentur apud BUFFON (x), ut et in plerisque Collectionibus, duo quoque possidet celeberrimus PRAESES in sua.*

Haec scribenti mihi ad manus est specimen, sistens totum cubitum, capsulae articularis ope, quae in os abiisse deprehenditur, cum os humeri, olim paullo supra articulum cubiti diffraicto, dein autem sanato, concretum. — Notandum vero, hac in specie tantum non semper inflexum esse cubitum; cuius rationem inde derivat DU VERNEY (y), quod, ubi fractura vel luxatio cubiti datur, ibi inflectatur cubitus, contrahantur & accurrentur musculi flexores; dum e contrario crus, si eadem patitur, extenditur.

### §. XLVII.

(u) Vid. l'Hist. Natur. l. c. pag. 41. N. 201; conf. Act. Phys. Med. Vol. 7. pag. 108.

(v) Obs. Cent. III. obs. 77. Conf. de Ichore & Meliceria Cap. XXV. Op. pag. 882.

(w) Vid. Ejus Observ. Med. Chirurg. Tab. X. Fig. 1. pag. 129.

(x) In l'Hist. Natur. l. c. pag. 41, 42. N. 202—207. Vid. etiam BONETI Sepulchretum Anatomi. Lib. IV. Sect. 6. Obs. 4. pag. 429.

(y) Maladies des Os. Tom. II. pag. 361. Edit. Belg. pag. 305.

## §. X L V I I.

Diēta itaque, inter *Radium Ulnamque ancyloſin* posse enasci, abunde docent, quam perperam, ob perpetuam radii rotationem, nonnulli negant; qui facile refutantur, si consideremus, in causa hujus caſus hanc rotationem propter praefentem morbum, dolorem & rigitatem, quandoque et ob necessario strictam, vel negligenter factam, deligationem, penitus ceſſare. Hujus ancyloſeos exemplum, eximium ſane, ex juniore homine defumtum, poſſidet doct. BLEULAND; affervat et celeb. PRAESES ſpecimen unum, ex juvēne, tamen adultiore, defumtum. Aliud ex adulto eiusdem filius nob. A. J. VAN DOEVEREN, quod conſtituit ulna lateris ſinistri, infra medium olim fracturam paſſa, cum radio firmiter a parte ſuperiore & inferiore conferruminata, ut et cum officulo carpi lunato, cujus inferior ſinus, five exciſio, capitato recipiendo dicatus, admodum (ut videtur, a luxatione,) eſt laevigatus.

## §. X L V I I I.

*Radium cum carpo, & hunc cum metacarpi parte concretum* bis vidi: quorum alterum ſpecimen, a TRIOEN (z) deſcriptum & figuris illuſtratum, jam in ſupplectile RAVIANA hic affervatur: alterum, ſimile ferme, in theatro Anatomico Roterdamensi videre mihi contigit. Simile ferme exſtat in Museo Regis

(z) L. c. pag. 128. &amp; Tab. IX.

gis Galliae, saepius memorato (*a*). Binas radii, ossium carpi & metacarpi ancyloses possidet clar. SANDIFORT (*b*).

Maximae *Carpi* partis cum quatuor *Metacarpi* ossiculis concretæ, egregium affervo exemplar: memoratur & simile in modo memorato Museo (*c*).

*Ancylosin cubiti cum tota manu*, quae in tantum non omnibus, mea utique, desideratur Collectionibus, descripsit & figuris additis illustravit W. H. MULLER (*d*).

### §. X L I X.

Dictis speciminibus, (praeter casum, memoratum in **Novis Act. Phys. Med.** (*e*), ubi ossa in cubito & crure, ubique sunt bina, concreverant,) bene multa tume propria, tum ex alienis Collectionibus, HOVIANA in primis, quam mihi pro solita, qua advenas excipere solet, humanitate, exhibuit clar. BONN, si longius exspatiari placeret, adjicere non difficile mihi foret. Sufficiunt ergo dicta.

Non adjicere tamen adhuc nequeo *omnium Articulorum concretionem*. Observavit enim talem COLUMBUS (*f*), in sceleto, quod ei do-

(*a*) Vid. *l'Hist. Natur.* l. c. pag. 42. N. 208.

(*b*) Vid. *Obs. Anat. Path.* Lib. I. Cap. 7. pag. 101.

(*c*) Vid. *l'Hist. Nat.* l. c. N. 209.

(*d*) In *Diss. de Anchyloſi* pag. 6, 7. Conf. HALLERI *diss. Chirurg.* tom. IV. pag. 543. cum figuris.

(*e*) Vid. *Vol. V.* pag. 11. *Obs.* I.

(*f*) Vid. eum pag. 485. l. c.

donaverat JOANNES BERTONIUS AB AURICULA. In hoc omnes concreti deprehendebantur articuli; cartilagines autem costis quidem articulatae erant, sed nondum coaluerant. Vivus ille homo nil movebat, nisi oculos, linguam, penem, & (quod non mirum) thoracem (g). Dubium videtur, an hoc in casu articulus de omnigeno ossium nexus sumatur, nec ne; id quod multum ratione opinionis memoratae de ossibus pubis demonstraret. Mirum autem est, tum in illo sceleto, tum in thorace, quem habet celeb. VAN DOEVEREN, tum in trunco, quem descriptis doct. CONNOR, costas cum sterno plenarie non coaluisse; cuius rei caussa mihi quidem in respiratione videtur quaerenda. Interim his contrariatur antea citata TH. SCHWENCKII observatio, qui sequentia de illo casu refert „Resectis integumentis, en thoracem invenio osseum totum, nam cartilagines costis junctas osseras, immo ossibus duriores & latiores vidimus; diceres totum Scutum osseum, quod vi maxima frangere, nullis vero machinis discindere aut comprimere licuit”.

Rarissimus tandem et hoc loco memorandus casus est, dummodo ad ancylosin referri mereatur, qui memoratur in Actis Parisinis (h) de Infante, cui omnes articulationes, & hinc producti motus deerant, cuius skeleton unicum erat os, & continuam articu-

(g) Vid. BONETUS in Sepulchr. Anat. Lib. IV. Sect. 6. Obs. 4. pag. 429, & SCHENCKIUS in Observ. Med. Lib. V. pag. m. 727. Edit. in fol. de Fracturis & ossibus.

(h) Vid. l'Hist. de l'Acad. R. des Scienc. ann. 1716. pag. 30.

ticulorum, nervorum, tendinumque referebat petrificationem.  
Tale specimen videre vehementer desiderarem.

Expositus hactenus Ancylosoes morbus rarius in juniore, frequentius in proiectiore, omnium frequentissime in senili ac decrepita aetate observatur, cuius rei caussa patebit in posterum: quocirca rara sunt haec specimina ex junioribus desumpta, sua adeoque caeteris raritate longe certe emineret sceleton hujus Infantis viginti duorum tantum mensium; quod totum ex unico osse constare videbatur. Credendum autem, illo in infante ossa nunquam separata existisse. Forsan pertinet ad induratos infantes, quorum alia exempla exstant ab H. EYSSONIO, DEUSINGIO, BARTHOLINO, MORANDO, NEBELIO, WALTHERO aliisque & in HIST. ACAD. R. CHIRURG. memorata, quos *Lithopædia* solent appellare.

Rarae hinc quoque sunt supra memoratae inter ulnam & radium in juniore aetate ancyloses.

### §. L.

Hic Dissertationis meae primæ Parti nunc finem imponerem, nisi tribus verbis unicum, extra Sceleti partes positum, considerandum restaret Laryngis officulum, *Os Hyoïdes*, vel *Hypsiloïdes* dictum; cuius cornua & officula graniformia vera chondrarthroſi cum basi ejusdem connectuntur &, cornua saltem, mobilia sunt, quorum adeoque concretio ad nostrum forum pertinet. Cornua cum basi in senibus non raro ancylosin subeunt, quod mihi bis occurrit; aliquando quoque ossa graniformia coalescant, cuius exemplum penes me

est; celeb. PRAESES etiam habet verae hujus aencylooseos specimen. Haec concretio tantum non semper fieri videtur, ubi cartilagines laryngis osleam induunt naturam, qualia exempla in thyreoïdea idem aestumatissimus Praeceptor asservat, talia et ipse possideo. Prostat etiam C. M. ADOLPHI observatio de cartilaginum thyreoïdeae & cricoïdeae ossificatione (*i*). Adeoque videtur et totus larynx posse in unum os abire, qualia, ni fallat me memoria, occurrerunt mihi aliquando apud Auctores exempla; quo in casu multum certe debet depravari loquela, quum glottis debite arctari & dilatari nequeat.

---

M A N T I S S A.

Absolutis, quae de Sede Aencylooseos dicenda habebam, eximiarum & neutiquam reticendarum mihi sese obtulit observationum Pathologicarum, huc spectantium, Triga, quas itaque Appendicis ad instar dictis adjicere non videtur ingratum futurum.

*i<sup>o</sup>*. Postquam aencylooseos Ossium Auditus tum ex analogia, tum ipsis summi GAUBII verbis, (cum quo faciunt quoque venerandus Senex, meritissimus in vicina Academia Trajectina Praeceptor J. OOSTERDYK SCHACHT (*a*), aliique celeberrimi Practici,) demonstraveram probabilitatem (*b*), thetin a clar. P. F. MECKE-

LIO

---

(*i*) In *Act. Phys. Med. Vol. X. Obj. 12. pag. 45.*

(*a*) In *Inst. Pract. Part II. Lib. 3. Cap. 1. §. 15. N. 3.*

(*b*) Vid. §. XIX.

LIO (c) defensam legere mihi contigit: ubi frequentem immediabilis surditatis caussam statuit non tantum, quam ipse observavit, incudis cum malleo, sed et stapedis baseos cum margine foraminis ovalis concrecentiam, quae pariter huc pertinet, qualemque possidet, uti mihi ab amico relatum est, clar. Argentoratensis Anatomicus J. F. LOBSTEIN. Haec adeoque elegans observatio analogiam addere & supra dicta confirmare videtur.

2º. Nec silentio premere licet, mecum ab amicissimo Commilitone, Nobilissimo C. F. KLEYNHOFF, Medicinae hac in Academia studioso, perhumaniter communicatam observationem matronae eiusdem Culemburgi degentis, & ob maxillae inferioris cum capite ancylofin, manductionis emolumentis destitutae. Haec anno 1740 nata, mox a nativitate maxillae immobilitate laboravit, qui morbus dirissimo dicti anni frigori, sed, uti videtur, immerito, attribuitur; eique, quod maxime notandum, & in dirissimae hujus calamitatis recensendis symptomatibus & palliatione postea usui veniet, dentes diffracti sunt; cuius operationis effectu vitam miseriis ditissimam protrahit, cibosque, dummodo tenuiores, ad primas vias amandare, summa licet cum molestia, valet. Accedit huic & alia observatio, mecum ab Amico communicata, pueri, prope pagum, *Heesch* dictum, inter urbes Sylvam ducis & Graviam, qui propter obrigescentiam maxillae inferioris os semper apertum habere cogitur, loqua destituitur, nec nisi summa cum difficultate cibos assumere valet,

cui-

---

(c) Post *dissert. de Labyrinthi auris contentis.* Argent. 1777. in *Thes.* 9.

euique continuo saliva ex ore depluit. Egregie hasce observationes dictis antea §. XX. de Maxillae inferioris cum crano ancyloso accedere, crediderim.

3º. Denique aliam, ex propria Collectione haustam, adjicere mihi hic liceat observationem, quam ad §. XLIV. referre debuisse, nisi serius adeptus fuisset. Ex adulti scilicet hominis reliquiis allata mihi est egregia omnium Metatarsi sinistri ossium concretio: in quo specimine notandum, omnia illius ossa, spina ventosa leniter, ut videtur, affecta, a parte anteriore omni in ambitu latescere & inter se confluxisse; ita ut aequali crusta callosa, crassa, satis lata, foraminulenta in superficie, utrumque contractiore, in medio procrescente, tecta cernantur. Digitorum insuper phalanges abfuisse jam in vita videntur, saltem articulorum desunt vestigia, & pes eodem modo forsitan habuisse: qualis in extremitatibus truncatis & tumidis in hominibus lucri caussa nundinas anniversarias frequentantibus, tam in manibus, quam in pedibus, quandoque observatur. Forsitan ab amputatione exortum, forsitan conatum fuit hocce vitium. Hujus memorabilis valde ancylosoeos icon in posterum forsitan idonea occasione a me dabitur.

T A N T U M.

# EXPLICATIO TABULARUM.

## T A B U L A E I.

F I G. I.

*Cranii cum Atlante a c y l o s i n exhibet, Vid. §. XXI. pag. 18 & 19.*

- a Occiput.
- b Processus mammillares.
- c Processus styloidei.
- d Arcus Atlantis anterior.
- e Arcus ejusdem posterior.
- f Partes laterales Atlantis cum condylis occipitis superius coalitae.
- g Processus osseus, ex latiore basi contractus, ex ossis occipitis latere sinistro emergens, illudque cum processu transversali Atlantis firmiter jungens.

F I G. II.

*Cranii cum duabus vertebris per a c y l o s i n coalitum re praesental, capite sinistrorum reclinato. Vid. §. XXII. pag. 19 & 20.*

- a Os occipitis.
- b Meatus auditorius.
- c Margo foraminis magni occipitis.
- d Condylus dexter ejusdem.
- e Processus articularis Atlantis cum eodem confluens.
- f Processus ejusdem transversus dexter, disruptus.
- g Arcus ejus pars dextra.
- h Processus Epistrophes adscendens dexter, per luxationem a reciproco Atlantis deflectens, attamen calli ope cum eodem connexus.

- i* Processus Epistrophes transversus dexter.
- k* Processus ejusdem descendens.
- l* Pars Atlantis anterior, cum occipite non unita.
- m* Processus ejusdem transversus sinister.
- n* Corporis Epistrophes pars inferior, naturaliter cum tertia vertebrā articulata.
- o* Processus ejusdem spinosus.
- p* Processus ejusdem obliquus descendens sinister.
- q* Superficies articularis sinuata, stupendo providae naturae artificio occipiti inhaerens, quae durante vita epistrophen ad spinosum processus latus dextrum retinuit, & ulteriore luxationem antevertit. Vid. pag. 20.

F      I      G.      III.

*Idem Cranium, ab inferiore parte visum, exhibet. Vid. ibid.*

- a* Os occipitis.
- bb* Processus mammillares.
- c* Arcus Atlantis anterior.
- dd* Processus transversi.
- e* Pars interior Atlantis, sinuata naturaliter pro dente Epistrophes, jam cum eodem unita.
- f* Arcus Atlantis, ossi occipitis ad posteriorem partem foraminis magni annexus.
- g* Pars corporis epistrophes inferior.
- h* Processus spinosus ejusdem.
- ii* Processus epistrophes descendentes, quorum sinister aliquantum a naturali forma & situ deflectit.

## F I G. IV.

*Atlantem cum Secunda Vetebra unitum, a parte anteriore, exhibet. Vid. §. XXIII. pag. 21 & 22.*

- a Arcus Atlantis posterior a parte interna.
- b Pars Atlantis anterior.
- cc Processus adscendentes.
- dd Processus transversi.
- e Processus Epistrophes odontoïdeus, cum Atlante coalitus.
- ff Processus transversi ejusdem.
- gg Corporis ejus pars inferior.
- hh Varia fragmenta Atlantis olim fracturam passi, jam consolidata.
- i Globus plumbeus Atlanti injectus, ante processum transversum dextrum, eidem, quasi thecae, ope calli conglutinatus inhae-rens, & extra eum eminens.

## F I V I G. V.

*Duarum dorsi vertebrarum cum costa dextra ancylosim sifit a latere dextro. Vid. §. XXIX. pag. 29.*

- aa Corpora vertebrarum.
- bb Lamella ossea, ex utraque vertebra enata, cuius inferior pars quidem costam vertebris unit, superior ab alia superiore vertebra abrupta videtur.
- c Costa dextra cum vertebris capitulo suo, dictae lamellae ope, juncta.

## F I G. VI.

*Idem specimen ab anteriore refert. Vid. ibid.*

- aa Corpora vertebrarum.
- bb Lamellae osseae, in utroque latere.
- c Costa dextra, lamellae dextrae ope, cum vertebris juncta.
- d Hiatus inter vertebrarum corpora.

F. I. G. VII.

Plerarumque costarum cum undecim dorsi vertebris coalitum,  
a parte interiore thoracis, exhibens. S<sup>t</sup>ernum (Fig. VIII.)  
iis unitum hac figura non repraesentatur.

Vid. §. XXXIII. pag. 34. & 35.

*aa* Pars Spinae anterior...

*bbbb* Costae pleraeque cum illa utrimque concretae.

*ccc* Laminae osseae inaequales, vertebrae superiores invicem &  
cum costis unientes.

*dd*. Inferiores vertebrae minus inaequabili, continua tamen, lamella  
firmiter junctae, simul & cum costis, in primis a parte sinistra.

F. I. G. VIII.

S<sup>t</sup>ernum cum dictis costis ancylosi junctum, & ossificationes in  
connexis cum eo cartilaginibus indicat. Vid. ibid.

Loca lucida costarum osseam substantiam, umbrosa cartilagineam de-  
notant.

F. I. G. IX.

Costam exhibet lateris sinistri, primum bicipitem, dein sim-  
plicem, iterum bifidam cum simple cartilagine.

Vid. §. XXXI. pag. 32.

*aa* Principia separata.

*b* Illorum confluxus.

*cc* Cartilago, primum duplex, dein simplex.

FIG. X.

## F I G. X.

*Costam dextram supremam cum sterni parte superiore firmiter coalitam exhibens. Vid. §. XXXII. pag. 33.*

a Confluxus costae cum cartilagine ossificata.

b Hujus ankylosis cum sternō.

c Sinus sterni clavicularis.

## F I G. X I.

*Costas binas sinistras coalitas a parte interna exhibet.*

Vid. §. XXX. pag. 30.

a a Principia distincta.

b b Confluxus utriusque.

c c Duo sinus, verosimiliter pro sequentibus costis.

## F I G. X I I.

*Easdem a parte exteriore refert. Vid. ibid.*

a a Principia distincta.

b Akyloseos locus.

## F I G. X I I I.

*Costam bicipitem exhibet. Vid. §. XXXI. pag. 31.*

a a Principia distincta.

b b Confluxus utriusque.

c Exostosis, e parte media superiore enata.

## T A B U L A E I I.

F I G. X I V.

*Partem sinistram a cavo dorsi vertebrarum, serra  
divisarum, a parte interna exprimens. Vid. §. XXV. pag. 25.*

*aa* Corpora mutuo concreta.*b* Rima inter eadem patens.*c* Processus articulares per akylosin firmiter juncti.*dd* Processus spinosi itidem uniti.

F I G. X V.

*Cyphosin vertebrarum binarum dorsi confluentium, a latere  
sinistro, exhibet. Vid. §. XXV. pag. 24.*

*aa* Processus adscendentibus superioris vertebrae.*bb* Processus transversi sinistri.*cc* Processuum articularium coalitus.*dd* Processus descendentes inferioris vertebrae.*ee* Processus spinosi.*ff* Corpora bina, in unum quasi cuneiforme versa.*gg* Lamella ossea, inaequalis, haec corpora a latere obducens.*hh* Corporum coalitorum superficies articulares.

F I G. X VI.

*Idem specimen a parte superiore sistens. Vid. ibid.*

*a* Corpus superioris vertebrae.*bb* Processus superioris vertebrae adscendentibus.*cccc* Processus transversi.*d* Processus spinosus superioris.

H

FIG. XVII.

## F. I. G. XVII.

*Pelyim, cuius ossa Ilium cum osse sacro, & ossa Pubis mutuo coaluerunt, naturali in situ exhibens, a parte anteriore.* Vid. §. XXXVI. pag. 39 & 40.

- aa Os sacrum, quinque foraminibus insigne, quorum quatuor apparent.*
- bbbb Ancylosis ossium Ilium cum osse sacro.*
- cc Acetabula exostosibus repleta, sinistrum in primis.*
- dd Processus acuti ossium Ischiorum.*
- ee Ancylosis ossium pubis.*
- f Foramen in media ferme concretione, per objecti hujus constructionem magnitudine auctum.*  
*Curvitas sponte in oculos incurrit.*

## F. I. G. XVII.

*Ossium pubis ejusdem Pelyis Ancylosin a parte interiore refert. Vid. ibid.*

- aa Ancylosis.*
- b Foramen dictum, a parte interna pelvis angustiori ostio patens.*

## F. I. X. I. G. I. X. I.

*Pelyis, ab interiore & ipso posteriore concretae, ossa pubis distantia, alterumque altero pollicem ferme elatius, refert. Vid. §. XXXV. pag. 37.*

- aa Ossa pubis,*
- bb Tubera ossium Ischiorum.*
- c Distantia inter ossa pubis.*

## FIG. XXXI

## F V Z I      G.      X X.

*Os sacrum cum Innominato sinistro unitum ab interiore exhibens. Vid. §. XXXIV. pag. 35.*

- aa Os sacrum asperum & inaequabile.*
- bb Ejusdem ancylosis cum osse Ilium.*
- c Pars superior ossis Ischii.*
- d Tuber ejusdem.*
- e Ligamentum sacro-ischiadicum breve, in os versum, abruptum.*
- fff Variae exostoses.*

## F V Z I      G.      X X I.

*Idem ab externo latere repraesentans, & novum acetabulum, partim in osse Ilium, partim in Ischio formatum.*

- a Os Sacrum.*
- b Idem junctum ossi Ilium inflato, & inaequabili.*
- c Acetabulum solitum, paene obliteratum.*
- d Novum, partim ossi Ilium, partim ossi Ischio inhaerens.*
- e Ligamentum sacro-ischiadicum breve ossificatum.*
- f Tuber ossis Ischii.*


## F V Z I      G.      X X I I.

*Os Innominatum, cum osse femoris in novo acetabulo per ancylosin junctum, a parte interiore ossis innominati, refert.*

*Vid. §. XXXVIII. pag. 41. & 42.*

- aa Os Innominatum.*
- bbb Variae exostoses in osse Ilium.*
- cc Foramina in osse Ischio.*
- d Processus acutus Ossis Ischii, praeternaturaliter latescens.*
- ee Femoris os.*





## F I G. XXIII.

*Idem specimen a parte anteriore & superiore, femore an-*  
*trorsum moto & diducto, exhibet. Vid. ibid.*

a Os Ilium.

b Ejusdem duplex substantia, externa spongiosa, interna compacta.

c Os Ischium inaequale.

d Acetabulum naturale maximam partem morbo deletum.

e Pars superior novi Acetabuli, in osse ilium formati, a naturali  
distincti.

f Os Femoris illo in acetabulo contentum, mobile quidem, sed  
extrahi non valens.

g Trochanter ejusdem major.

h Trochanter minor sinuatus, respondens colliculo, in superiore  
parte naturalis acetabuli, hic non apparente.

## F I G. XXIV.

*Crus sinistrum, versus externum latus inflexum, cum tarso ancy-*  
*los in passum, a parte externa refert. Vid. §. XLIII. pag. 47.*

a Tibia.

b Fibula.

c Calcanei pars naturaliter interna.

d Ejusdem pars naturaliter inferior.

e Talus cum osse naviculari & calcaneo nexus.

f Os Naviculare.

g, h, i Offa cuneiformia, majus, minus & magnitudine mediata,  
cum naviculari & mutuo, nec non cum cubiformi coalita.

k Os cubiforme, cum calcaneo & osse naviculari unitum.

66 EXPLICATIO TABULAE ETI.

F I K I I I

G C

X X V.

*Idem a latere interno repraesentat.* Vid. ibid.

a Tibia.

b Fibula.

c Vestigia praegressae fracturae.

d Tali pars naturaliter superior, cum iis coalita.

e Os naviculare, huic a parte anteriore unitum.

ff Offa cuneiformia & cubiforme, ossi naviculari ut et calcaneo per ancylosin nexa, a parte naturaliter superiore videnda.

gg Calcaneus.

F

I

G

X X V I.

*Tibiam Fibulamque extrorsum ineuryas, in medio per callum unitas, refert.* Vid. §. XLII. pag. 46.

aa Tibia.

bb Fibula.


cc Callus, praeteritam cruris fracturam consolidans.


dd Callus luxurians.

ee Callus.

Pag. 13. Not. u 154. leg. 543. Pag. 24. reg. 10. inferioris sinister leg. inferioris descendens sinister. Pag. 30. reg. 10. dextri leg. sinistri. Pag. 35. reg. 1. undecim leg. pleraeque. Pag. 36. reg. 4. Ischii leg. Ilium. Pag. 38. reg. 15. anteriore leg. interiore.

VXX-DIT





# COROLLARIA ET THESES.

I.

Dentes non sunt ossa.

II.

Ossium pubis vera datur ankylosis.

III.

Synchondrotomiae in partu difficili non a entior.

IV.

Febris natura non consistit in calore, sed a spasmis est derivanda.

V.

Febris topicae existentiae nil repugnat, fayet experientia.

VI.

Variolarum infisionem neque ratio, neque experientia, neque religio, neque publica vel privatorum salus vetant; sed e contrario commendant.

VII.

In scorbuto salivationem magis nocere, quam prodeesse, crederim.

VIII.

Fuyencere cupientibus senibus sanguinis transfusione utiliora prostant remedia.

IX.

X.

X.

THESE TITLATIONES

I X.

*Cur inflammatio in ossibus dari nequeat, nulla datur ratio.*

X.

*Causa morbi proxima ipse morbus est.*

X I.

*Quibus foramen ovale in corde non est obliteratum, eos diutius, aquae immersos, caeteris paribus, supervivere posse, immerito negatur.*

X I I.

*Irritabilitas arteriis venisque perperam denegatur.*

X I I I.

*Tunicam muscularam, ut ut tenuem, venis immerito negare amant nonnulli.*

X I V.

*Tunica vasorum muscularis rigiditatis etiam sedes est in senio.*

X V.

*Biventre capitis musculum, nullis aliis adjutum, abducenda maxillae inferiori solum esse destinatum, tum ejus situs, tum experimenta evincunt.*

X V I.

*In deglutitione uvulam cum epiglottide viam ad pulmones claudere, perperam statuit summus BOERHAVIUS.*

X V I I.

*Ventriculus, largiter ingurgitatis cibis, aortam comprimere; nisi alia accedant, nequit.*

X V I I I.

## XVIII.

*Ratio, cur post assumptum potum mox urinam excernere debemus, eadem est, ob quam saepe illico post assumptum cibum alyus est deponenda; nec in vasis, a ventriculo ad organa uropoietica directe ducentibus, videtur quaerenda.*

## XIX.

*Bilis regurgitatione in vesicam felleam devenit.*

## X X.

*Oscula vasorum absorbentium veris sphincteribus esse donata, precario assumitur.*

## X XI.

*Dubitandi de liquidi nervi existentia nulla mihi dari videatur sufficiens ratio.*

## X XII.

*Anastomosis vasorum placentam inter & uterum vera non datur.*

## X XIII.

*Faecundationem in ovarii fieri, haud facile negaverim.*

## X XIV.

*Mulier aequi, ac viri, suum semen elaborare videtur.*

## X XV.

*In conceptu seminis masculini guttulam, ad ovarium muliebre delatam, hoc stimulare, illudque hinc se contrahere, unumque vel plura emittere ovula, qui dixerit, non multum forte a veritate abluserit.*

## X X V I.

*In conceptus negotio ovula ex ovario per applicatam tubam Falloppianam in uterus deferri, vix dubium.*

## X X V I I.

*In recens nata puella ovula in ovario contenta jam perfectum, minus licet visibilem, continere foetum, membranis suis involutum, adeoque in omnium matre nos non tantum, sed et omnem, a nobis procreandam, contentam fuisse progeniem, adstruere non ausim.*

## X X V I I I.

*Multa licet naevorum maternorum fingantur exempla, nonnulla tamen, licet verissima, alii potius caussae, quam imaginationi, attribuenda, contendo.*

## X X I X.

*In omni omnino superfoetatione duplicem adesse debere adacter qui statuunt uterus, naturae vim inferunt, nodum dissecant, non solvunt.*

## X X X.

*Neque ossa, neque eorum fragmenta consolidans callus ex periosteo nascuntur: WALTERI quidem de osteogenia amplectior sententiam.*

---

A M X C X S S X M O

J T. VAN DE WYNPERSSE,

S U B P R A E S I D I O

EXPERIENTISSIMI ET CELEBERRIMI

GUALTHEROVANDOEVEREN,

IN ACADEMIA LUGDUNO - BATAVA

P U B L I C E D I S P U T A T U R O.

*Scribimus indocti doctique poëmata passim. HORAT.*

**A**cceipe, quae mittit, WYNPERSSE, laetus ab urbe  
Amstelidæ socius carmina, Care, Tibi!  
Perlege, & inmemorem non experieris amicum,  
Aemulus in studiis qui Tibi gratus erat.  
Accipias mea vota, precor; ne carmina spectes;  
Respicias animum, dulcis amice, meum.  
Non ego carminibus laudem vel nomina posco,  
Tu solus numeris praemia pone meis.  
Te mihi junxerunt nivei sine crimine mores,  
Simplicitasque sagax, ingenuusque pudor,  
Et bene nota fides, & candor frontis honestæ,  
Et studia à studiis non aliena meis.  
Te retinent docti resonantia templæ Lycei,  
Et vis Doeurent suadaque comta Tui;  
Doctus, ut aegrotos avido revocaret ab Orco,  
Qui Tibi præsidium, Qui Tibi Phoebus erat.  
Doevreno ( tanto perculsus nomine livor  
Mox stupet, & tetro squallidus ore fremit; )  
Doevreno studii merito ductore superbus,  
Scandis Apollinei culmina celsa soli.  
Illa, JACOB! decent, nostræ flos optime pubis,  
Lugduno-Batavae gloria prima Scholæ.

Ecce dies (\*) rediit, qua me Tua Musa canebat,  
Linquentem Clario moenia Sacra Deo.

(Nos quoque, qui lapsi tot cara reliquimus anno,  
Temporis exacti sensus & umbra juvat.)

Laetaque lux properat, quis jam mea gaudia carpit?  
Detegis ingenii fertilioris opes.

Ergone jam potero laetam compescere Musam,  
Et mihi tam festo conticuisse die?

Fas tamen est, laudum partem tacuisse Tuarum,  
Quas stupeat veniens praeteritusque dies:

Nec mihi cantanti credant; Tua facta loquuntur,  
Mens bona, dicta tenens, ingeniumque capax.

Trajectum canat hoc, (nec conscientia Leyda negabit,) In laudes fidum si velit ire Tuas.

Gratulor ergo Tibi, mecum gratiantur & omnes,  
Queis celebris tantum cognita fama Tua;

Gratulor acceptos, qui dent Tibi calcar, honores,  
Gratius haud munus mens generosa cupit;

Gratulor atque Tibi monumenta haec parva relinque,  
Sintque sodalitii pignora grata mei.

Tu, mihi crede, diu jam nunc vixisse putandus,  
Nullum Cui vitae tempus abivit iners.

Perge, precor, studiis, miseris queis dulce levamen,  
Queis arti nostrae commoda multa dabis.

Perge Tui similis dignis insistere coeptis,  
Quo crescat meritis nomen honorque Tuis.

Auspiciisque aurora Tibi felicibus orta,  
Splendescat mediâ lucidiore die.

Te, celebrata Tui Dionysii nomine Patris,  
Doctorem celebret Leyda superba suum.

Coetera, dent longos Superi (quid gratius optem!) Et meritis plenos cernere posse dies.

Interea memorem, quâ gaudet, amice! sodalis,  
Saepius ostendat littera scripta, precor.

Tempora dumque Tuae concluseris omnia vitae,  
Mors cœlo positis Te pia jungat Avis.

AB. VAN MOERBEEK.

(\*) xiiij. Kal. Aprilis,  
MDCCLXXXIII.

Med. Doctor.

HQ-

**ECONO R<sup>I</sup> ET M<sup>E</sup>RIT<sup>I</sup>S**

D I L E C T I F R A T R I S

**J. T. VAN DE WYNPERSSE,**

*Cum Dissertationem de Ancyloſi publice defendere.*

**I**nsolitus chordas, nec plectra movere peritus,

Non potero festam condecorare diem.

Quam tamen ut celebrem, cognato fanguine laetam,

Et fraternus amor mandat, & arcta fides.

Ignoscas igitur vitiis, queis carmina scatent:

Dum vires defunt, sit Tibi velle satis.

Non opus est, quanta cum sedulitate Latino

Volveris, aut Grajo carmine scripta, canam.

Gnaviter **EUSTACHIUM**, studio tractare **GALENUM**,

Et placuit Coi volvere Scripta Senis,

Dum gaudent alii facros perferre labores,

Gentibus & summi pandere facta Dei;

Aut Patriae fasces & frena capeſſere tentant:

Poeōnia Fratri nil magis arte placet.

Vix Tibi Doctrinae praecepta, **JACOB<sup>E</sup>**, dederunt,

Ornant quae Batavam Sidera clara ſcholam;

Quin statim partes inquirere corporis omnes

Inciperes, Phoebo peſtora tota dicans.

Lumina vicini quoque Te docuere Lycei,

Quae Medica magnum nomen in arte gerunt.

Non petis, ut referam, quoties perlegeris omnes

PRAESIDIS, ALBINI, VESALIIQUE libros.

Quam miseris possit jactari vita procellis,

Quot valeant pactis membra rigere, doces.

Humanos, THIENSI, pergas inquirere morbos,

Pectus Apollineis perge vovere Sacris.

Praemia sic, Frater, summa cum laude capeffes,

Pileus & studii fructus amoenus erit.

Auxiliante Deo, valeas dispellere morbos,

Et diris miseros arte levare malis:

Quamque aliis studio tentas conferre, salutem

Det Tibi supremi provida cura Patris.

Vive diu felix, & parte beatus ab omni,

Lethalis veniat non nisi sera dies.

Cum tandem fato lumen vitale relinques,

Mens petat aetherei regna beata poli.

J. H. VAN DE WYNPERSSE.

SS. Theol. Stud.